BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIV
G
56
NAPOLI

No

Digitized by Google

Digitized by Google

EXAMEN
AD AVDIENTIA
CONFESSIONIS
EXPONENDORVM,

EDITVM A R.P.F. MARCELLO G
Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theolog
Magiſtro.



Nunc denuo typis datum Panormi expe
Franciſci de Laurentio.

Ex Typographia Decij Cyrilli. M. DC. XX

2 Pertinet ad locū St Anam

Digitized by Google

SPECTABILI DOMINO
MAGISTRO PORTVLANO,
AC HVIVS SIC. R. REGIO CONS.
PATRONO OBSERVANDISSIMO.

ORATIO GIANCARDO.

DEſpiciendus enim vero non eſt (Spectabilis Domine) ſpeculationis modus; ea inquirendi, quæ intrinſecus latẽt eſſencijs, ſiquidem è longa diuerſorum motuum obſeruatione Cœlorum diuerſitatem, & Aſtrorũ non iniuria deduxerunt ſpeculantes, ex effectuum diuerſitate eorum diuerſas collegerunt influentias; Demum auſi ſunt Cœlum incorruptibile ex eius inuariabilitate aſſerere. Hac ergo vtendum via non ſum veritus non ad tuas, quæ ſunt infinitæ, numerandas virtutes, ſed ſolum ad earum aliquas tantum extremis, vt ita dicam labijs prælibandas. Hinc ex eo quod à

Digitized by Google

Cat. Dom.noſtro Hyſp. & Sic. Rege huius fæliciſſimæ Vrbis Senator meritiſſime fuiſti, totiusq; iterum ſenatus magiſter notarius, tandem eà dignitate præditum, inqua es, Magiſtri portulani, Regijq; Conſiliarij, te æquitate pium, te pietate integerrimum, te integritate adornatum ingenio ad ea omnia munera obeunda aptiſſimum. Conſtantiſſime fatebor. Cumq. hic libellus æternitati committendus ſit impreſſione tibi, cui fama ſupereſt æterna dicabo, vt & in eo tua humana potentia, & animi mei humilis, ſed ardens reluceat affectio. Conſeruet Deus.

Tuus.

qui humiliter ſe tibi offert
ſeruum.

Franciſcus Truglio.

St.i Animi

AD

AD LECTOREM

COntemplanti mihi (iamdiu) in negotio ad audientiam Confeſſionis exponendorum, quã plurimos Confeſſarios, ne dũ ſimplices, verum etiam doctiores, ſatis ac ſatis anguſtiari, & ob id multas lites impertinentes oriri, maximè inter Religioſos, & locorum ordinarios, eorumq; examinatores, prædictis ſuccurrendum fore exiſtimaui. Vnde ſicut congruè liber qui dicitur Examen ordinãdorum ad eorum conſolationem fuit in lucẽ æditus, ita maximè congruè, & opportunè ſatis, pro vtilitate, commodo, & conſolatione Confeſſariorũ (quorũ munus magni refert in Eccleſia Catholica) & ad tot, tantoſque rumores ſedandos: ad tot, tantaſq; falſas curioſitates vitandas, ac etiam ad tot, tantaſque animarum anguſtias ſemouendas, hunc libellum in lucem

pan-

Digitized by Google

pandere opere pretium duxi. Hinc fit vt per talem laborem, nè dum pateat aditus, vt faciliter Confeſſarij admitti valeant, verùm multoque datur eis facultas, via, & norma ad eorum munus ritè obeundum. Accipe ergo bone Lector hoc munuſculum ad tuã vtilitatem, & commodum, quo (certè) onus efficitur leue ſatis, quod tibi graue erat; quã doquidem ereptus eſt labor per tot vagandi libros. Accipe itaq; placidè, & Deum plenè laudare memento, eumque bonorum omnium largitorem pro me deprecare, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN-

INDEX,

Repertorium, ſeu Tabula omnium in hoc libello contentorum.

LIBELLVS iſte', ſiue Dialogus in duodecim capita ſecatur.

Primum eſt, circa conditiones perito Confeſſario neceſſarias, quibus debet pollere.

Secundum eſt, circa ſacramentum Pœnitentiæ in communi.

Tertium eſt, circa ipſam Contritionem:

Quartum eſt, circa ipſam Confeſſionem cum requiſitis ad eam.

Quintum eſt', circa Materiam, & formam &c. Ipſius Confeſſionis.

Sextum eſt, circa modum, & ordinem, quibus Confeſſarius debeat ſe habere.

Septimum eſt, circa ipſam ſatisfactionem.

Octauum eſt, circa Mateтiam vototum.

Nonum eſt, circa Materiam Reſtitutionis.

Decimum eſt, circa Sacramentum matrimonij:

Vndecimum eſt, circa cenſuras Eccleſiaſticas.

Duodecimum eſt, circa Irregulatitatem.

Digitized by Google

ADMODVM RR. PATRES EXAMINATORES regulares.

Et vt plurimum à VV. ſeu RR. Patribus Confeſſarijs (ad audientiam confeſſionum admitti cupientibus) quæ ſequntur perquirere ſolẽt. Et vt vitetur difficultas, atque confuſio; per xij. capita diſtinguetur noſter Dialogus, quandoquidẽ, & ipſi Reuerendi Examinatores etiã è xij. capitibus examẽ poſſent ordiri.

PRIMVM CAP.

Examinis erit circa conditiones Confeſſori requiſitas.

EXA. QVOD exercitiũ, ſeu officium profiteris Vene: ſeu Reuerende Pater? 1

CON. Profiteor officium Doctoris ĩ Theologia: Bacchelaurei: Lectoris: Prędicatoris, vel demum officium ſimplicis Sacerdotis.

EXA. Ex quo Reuerẽde Pater officiũ cõfeſſarij exercere intendis, quod tãti refert in Eccleſia Catholica, peto quot, & quas conditiones debet habere bonus Confeſſarius, vt ſuum mu- 2

Digitized by Google

2 nus ritè exercere valeat?

Quinq; conditiones Cõfeſſori neceſſarias.

CON. Quinque cõditiones vtiles, Imò neceſſarias peritus Confeſſor debet habere. Prima conditio eſt Poteſtas. Secunda eſt Sciẽtia. Tertia eſt Bonitas. Quarta eſt Prudentia. Quinta eſt Sigillum, vt luculenter, & diffusè habet Reuerendiſſimus, alioquin Doctiſſimus, ſimul, & acutiſſimus Caietanus in Summula verbo, Cõfeſſori neceſſaria. Item de prima conditione verbo Cõfeſſionis iteratio in fine, & verbo Abſolutio. Vide etiam Decretorum Doctorem doctiſſimum Martinum Azpilquetam Nauarrũ in ſuo locupletiſſimo, & aureo Manuali de prima, ſecunda, & quarta conditionibus, cap. 4. n. 1. & de vltima nempè de Sigillo cap. 8. à num. 1.

Circa poteſtatem, quæ eſt prima conditio Confeſſori neceſſaria, peto.

3 EXA QVAM poteſtatem debet habere bonus Confeſſarius, vt ritè hoc Sacramentum miniſtret?

Triplex eſt poteſtas.

CON. Triplex poteſtas reperitur, vna quæ dicitur authoritatis. Secunda quæ dicitur miniſterij principalis, ſiue excellẽtiæ. Tertia quæ dicitur miniſterialis. Stãte hac triplici poteſtate. Dico primo, quod non poteſt habere primam poteſtatem, quia illam habet ſolus Deus, & Chriſtus quatenus Deus, ſolius .n. Dei eſt gratiam infundere, vnde ipſe ſolus eſt, qui (auctoritatiuè) claudit, & nemo aperit, aperit, & uemo

clau-

claudit. Dico Secundo, quod non habet ſecundã poteſtatem, quia illã habet ſolus Chriſtus (quatenus homo) nam ſecundũ quod homo, eſt cauſa iuſtificationis noſtræ per ſuam paſſionem meritoriè, & effectiuè, vnde humanitas Chriſti eſt inſtrumentum coniunctum diuinitati. Dico Tertio quod debet habere de neceſſitate poteſtatem miniſterialem, quia miniſterialiter habet abſoluere, & ligare, ſecundum illud Pauli primæ Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorũ Dei. Hæc ſatis eliciũrur à S. Doctore Eccleſ. Cath. lumine claro, diuo Tho. nũquã plenè laudato in 3. p. q. 64. ar. 1. 2. 3. & 4 & à Pal. 4. diſt. 19. q. 1. ar. 1.

EXA. In quibus conſiſtit poteſtas miniſterialis ipſius Confeſſarij? 4

Poteſtas miniſterialis in duobus conſiſtit

CON. In duobus. Primo, vt habaat poteſtatẽ ordinis. Secundo, vt habeat poteſtatem iuriſdictionis, actualem, ordinariam, vel delegatã, quę ad peccata ſibi confeſſa extendatur, ex Conſil. Flor. & Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. Primam poteſtatem nempe ordinis, ſortiuntur omnes Sacerdotes in ſua ordinatione, quando recipiunt caracterem ſacerdotalem. Secundã nempè ordinariam, Summus Pontifex; Epiſcopi. Curati, vel Parochi ex officio paſtorali ſortiuntur. Delegatam verò poſſunt habere omnes ſacerdotes ex commiſſione, & admiſſione ſupradictorum, nempe ex comiſſione eius, qui eſt Paſtor. Vide Caiet. verb. abſ. à peccatis, & verbi conf. ibi ex

parte abſoluentis. Vide item Nau.cap.4.nu. 1.

5 *Cenſus, in quibus ſufficit ordinis poteſtas.* EXA. Eſt nè ſemper neceſſaria iſta poteſtas miniſterialis in ſacerdote? An ſufficiat aliquãdo ſola ordinis poteſtas?

CON. Poteſtas iuriſdictionis ordinaria, aut delegata eſt ſemper,& regulariter neceſſaria. Niſi in duobus caſibus, in quibus ſufficit ſola ordinis poteſtas.

6 *Notandum cõtra Sotum.* EXA.Qui ſunt hi caſus, in quibus ſufficit ſola ordinis poteſtas?

CON. Hi ſunt. Primus eſt,quãdo Confeſſor audit confeſſionem eius,qui non habet niſi peccata venialia,aut mortalia,aliàs legitimè confeſſa. At nota hic Sotum 4 diſt. 18.q. 4.ar.2.ad 3.arbitrari ad remiſſionem mortaliũ (alias legitimè abſolutorum)requiri etiam poteſtatem iuriſdictionis, ac ob id cenſet à ſimplici ſacerdote non poſſe eorum abſolutio dari. Sed quia id nulla ratione defendit, ob id non ſequenda, & contra ipſum poſſet adduci hæc ratio, quam ipſemet pro venialibus adducit,nempe vbi nulla eſt vis cogendi,ibi nulla opus eſt iuriſdictione,ſed nullus poteſt cogi vt mortalia ritè confeſſa,reconfiteatur, ergo nulla requiritur iuriſdictio pro eorum abſolutione.

Secundus caſus eſt, quando audit confeſſionem eius,qui eſt in mortis articulo,& tunc deficit Confeſſor talem habens iuriſdictiouem.In his enim duobus caſibus quilibet ſimplex ſacerdos poteſt tales ritè abſoluere.Vide Caiet.ver. abſ.

abſ. & Nau. cap. 4. num.2,& cap. 12. num.79, cap. 26 num. 27. & cap.27.num.171.L.B.

EXA. Quia prædicti caſus aliquam patiuntur difficultatem, ideo circa primum caſum quæro. Verificatur nè primus caſus de omnibus ſacerdotibus, tum ſecularibus, tũ etiam regularibus? 7

CON. Circa hoc eſſe triplex opinio. Vna nimis ſtricta. Altera nimis laxa. Tertia eſt media. Prima eſt Pal. 4. d. 17. q. 3 diui Ant. 3 p.tit.17. cap.7.& Ang.verb.conf. §.4.& aliquorum dicẽtium primum caſum valere, ſeu verificari de omnibus ſacerdotibus, exceptis regularibus, qui abſque facultate ſui prælati non poſſunt licitè audire confeſſionem venialiũ (licet abſolutio valeat). Imò addunt, neque illos poſſunt audire, qui ex priuilegio Bullarum, ſiue aliarũ gratiarum habent facultatẽ eligendi quemcũque ſecularem, ſiue regularem, & ratio eorum eſt, quia Religioſi non habent velle, neq; nolle. At quia in multis habent velle, & nolle, vt ait D.Tho.2 2.q.104.ar.5.imò maxime in hoc charitatis opere, quod eſt cõfeſſiones audire, ob id præſens opinio nõ videtur vndequaq; ſequẽda.

Circa primũ caſum eſt triplex opinio, de quo Sacerdote verificetur.

Secunda opinio eſt Reuer. Caiet. verb. abſ. qui indifferenter loquitur abſq; vlla exceptione dicens, Quod quilibet poteſt à quolibet ſacerdote, à peccatis venialibus ſacramentaliter abſolui, quæ opinio ſic vniuerſaliter intellecta non videtur adeo tuta.

Tertia eſt Doctoris Nau.cap. 4. num. 2. di-

De quo ſimplici ſacerdo. uerificatur ſecũdus caſus. 9

centis, primum caſum valere etiam de omnibus Religioſis abſque facultate ſui Superioris, cum hac tamen modificatione, Niſi talis facultas ſit eis denegata, vel ex ſuis Religionis ſtatuto prohibita, cum ſit hæc opinio media, ac ſatis rationi conſentanea, videtur magis tuta, ac ob id ſequenda.

Si verificatur de cenſurato, & irregulari. Vide declarationẽ Congregationis ſup Concil. Trid. in ſeſſ.14.c. 7 vbi excluduntur ex cõmunicati, & denũtiati. 10. *Si item de degradato.*

EXA. Circa ſecundum caſum quæro. Verificatur nè etiam de omnibus ſacerdotibus regularibus, & non regularibus? Religioſis, vel ſecularibus?

CON. Maxime. Nimirum in mortis articulo quilibet ſimplex ſacerdos regnlaris, & nõ regularis, ſecularis, vel religioſus abſq; facultate ſui Superioris, etiã denegata, aut ex ſuæ religionis ſtatuto prohibita, poteſt licitè, & validè conſtitutũ in tali articulo abſoluere, ex Nau. vbi ſup.

EXA. Quid ſi ſacerdos ſit irregularis, aut cenſuratus?

CON. Dico, quod in prædicto mortis articulo quemlibet poteſt abſoluere quilibet ſacerdos, etiam ſi ſit irregularis, ſiue cenſuratus, nẽpe excõmunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, etiam ſi ſit talis publicè, & nominatim, aut propter notoriam clerici percuſſionem.

EXA. Quid item ſi ſit degradatus, cũ eis nè dũ exequtio ſacerdotalis poteſtatis auferatur ad tempus, ſicut excommunicatis verum etiam in perpetuum?

CON. Hoc idẽ dico, vt de cẽſurato dictũ eſt.

EXA.

11 EXA. Vnde pendet veritas prædictorum circa excommnnicatos, irregulares; & degradatos?

CON. Pendet ex communi conſenſu omnium Doctorũ, & præcipuè ex auctoritate diui Tho, 3.p.q.64. art.9.ad 3. vbi dicit, quod ſuſpenſus ab Eclceſia, vel excommunicatus, vel etiam degradatus non amittit poteſtatem cõferendi ſacramenta, ſed licentiam vtendi hac poteſtate, vnde ſacramentum quidem confert, quia poteſtas miniſtrandi ſacramẽta pertinet ad ſpiritualem caracterẽ, qui eſt omnino indelebilis. Imò hæc veritas determinatur ex ſacro Conſ. Trid. ſeſſ.14 cap.7. vt rectè declarat Nau.cap.27.nu. 271. L.B. vide itẽ c.26.n.27.c.12.n.79.& c.4.n.1.

Si de hæretico ſciſmatico, ſeu præciſo verificatur, & eſt duplex opinio.

EXA. Quid dices ſi ſacerdos ſit hæreticus: ſciſmaticus: vel præciſus? 12

Duæ opiniones circa hæreticos, ſciſmaticos, & præciſos

CON. Hoc idem eſſet dicendum. Vnde circa hæc ſunt duæ opiniones. Vna eſt Silu. verb. Cõfeſſori, 1.§.2.& Soti 4.diſt.18.q.4.art.4. tenentium præfatos ſacerdotes hæreticos, &c. in mortis articulo non poſſe quemquam abſoluere. Silu inititur auctoritati Raynerij. Sotus verò huic rationi, nempè quia præfati non ſolũ vſu iuriſdictionis ſuſpenſi ſunt, verum etiam iuriſdictionem (eradicata fide) funditus ammiſerunt. Sed hæc ratio (pace eius) falſa eſt, & contraria prædictæ auctoritati. D.Tho falſum enim eſt, hæreticos, &c. funditus amiſiſſe iuriſdictionem ſacerdotalem ob fidem ammiſſam, quia habent caracterem ſacerdotalem, qui eſt omni-

omnino indelebilis.

Secunda eſt ferè omnium Doctorum tenentium omnem ſacerdotem (nullum excipiendo) poſſe conſtitutum in mortis articulo abſoluere. Prima ratio huius veritatis deducitur ex verbis ſacri Conſ.Trid.ſeſſ.14.cap.7.cuius verba hæc ſunt. In mortis articulo omnis ſacerdos, quoslibet pœnitentes, à quibuslibet peccatis, & cẽſuris poteſt abſoluere. Ecce quomodo Cõſ. loquitur vniuerſaliter nullum excipiendo, vt benè annotat Nau.cap.27.nu.271. Secunda ratio eſt, quia ſicut hæreticus, præciſus, &c. intendẽs conſecrare cum intentione faciendi quicquid facit ſancta Mater Eccleſia, verum perficit Sacramentum. Et Epiſcopus hæreticus, &c. verũ caracterẽ confert ipſi ordinato, Ita etiam dicendum eſt de ipſo ſacramento Pænitentiæ. Tertia ratio eſt. Si Eccleſia eſt tam pia, vt concedat quemlibet hæreticum, vel præciſum (qui multa mala intulit Eccleſiæ ſanctæ Dei) in mortis articulo poſſe abſolui a quolibet ſacerdote nè pereat, vt quid non credendum eſſet ipſam Matrẽ Eccleſiam conceſſuram, & benè laturã, vel quilibet fidelis (qui omni vitæ ſuæ tempore Eccleſiæ inſeruierit) in mortis articulo (cũ ſola ſaltẽ attritione conſtitutus) ab hæretico, vel præciſo abſoluatur, nè in æternum pereat? Quarta ratio, licet eis ab Eccleſia lege ordinaria ſit ligata poteſtas, non tamẽ in articulo neceſſitatis, quoniã neceſſitas legi humanæ nõ ſubditur.

EXA-

EXA. Et ſi (Reuerende Pater) prædictæ ratio- 13
nes inſinuent, omnem ſacerdotem poſſe quem- *Dubita-*
quam in mortis articulo conſtitutū abſoluere, *tio con-*
tamen reperio quod D. Tho. 3. par. q. 82, art. 7. *tra de-*
ad ſecundū, & omnia iura auferūt ab hæreticis, *termi-*
& ſciſmaticis libertatē conferendi ſacramēta, *nata.*
præter Baptiſmū, quare ergo ita eſſet aſſerēdū.

CON Ad hæc dico primo, quod D. Tho. & iura loquuntur de rigore iuris, & non ex æquitate: *Solutiones quatuor.* quoniam ſatis æquitati congruit, vt credamus piam Matrem Eccleſiam (etiam nouo ex iure diuino, ſed ex ſua facultate pendeat, vel pēdere poſſit) nolle in tali articulo quēquam damnari

Dico ſecundo, quod quando dicunt, ſacramē tum Pœnitentiæ, vel aliud (dempto Baptiſmo) non eſſe ratum ſi ab hæreticis ſuſcipiatur, intelligitur, quod non poteſt licitè ab his miniſtrari maxime extra neceſſitatis articulum, & non quod ſit prorſus inualidum ſacramentum, vt idem D. Tho. dicit vbi ſupra citatus fuit.

Dico tertio, quod iura, & Diuus Tho. loquuntur, quando ob id, quia quis ſacramentum ſuſcipit ab hæreticis, hereſi illorum fauet.

Dico quarto, quod loquuntur quando eſt periculum ſubuerſionis, infectionis, vel attractationis ad hæreſim, vel ſciſma, &c. 14

EXA. Prædicti ſacerdotes (qualeſcumq; ſint) *De a-*
ſiue excōmunicati, ſiue hæretici, &c. à quibus *b-*
peccatis, vel cenſuris in prædicto mortis arti-
culo conſtitutos, poſſunt, & valent abſolu-

CO

CON. Poſſunt abſoluere præfatos à quibuſcunque peccatis : à quibuſcũque cenſuris : & à quibuſcũque caſibus (etiam ſummo Pontifici reſeruatis, etiam in Bulla Cœna Domini contenti) quia in tali articulo omnis caſus deſinit eſſe reſeruatus, vt habetur ex Conſ. Trident. & Nau. locis præallegatis, & ab omnibus.

poſſunt abſoluere ĩ mortis articulo.

15 EXA Abſolutus in mortis articulo à reſeruatis à ſacerdote, qui extra illum articulũ nequaquã poterat abſoluere; ſi à tali articulo (nempè mortis) liberetur, & priſtinæ ſanitati (Deo adiuuante) reducitur, tenetur nè poſtea confeſſionem præfatam reiterare, & ſacerdoti habẽti auctoritatem cofiteri ? An teneatur tantummodo pro reſeruatis ſuperiori ſe præſentare?

Abſolutus in mortis articulo ſi teneatur confeſſionẽ reiterare, &c.

CON. Quia hic duo inquiruntur, ideo ad primum dico, quod nullatenus pœnitẽs abſolutus in mortis articulo, & ab eo liberatus, tenetur confeſſionem reiterare. Ratio eſt, quia ibi fuit verum ſacramentum, & per conſequens ſacramẽtaliter abſolutus, Tum quia in tali articulo omnis caſus deſinit eſſe reſeruatus ex Cõſ. Triden. vbi ſupra, Ad ſecundũ dico, quod reſeruata ſunt in duplici differentia. Quædam ſunt tantũ reſeruata, & non habent excommunicationem annexam, & pro iſtis dico, quod non tenetur ſe ſuperiori pręſentare. Quędã verò ſunt reſeruata habentia excõmunicationem annexã, & pro iſtis dico, quod tenetur ſe ſuperiori præſentare, [illegible] reincidit in nouam excommunicationẽ, quia

quia ſic ſtatutum eſt ab Eccleſia. Vide Nau.capit.26.num.27.& cap.27.num.46.At non tenetur regulariter ſe prçſentare perſonaliter, ſed ſatis eſt mittere procuratorem ad id idoneum. 16
vt ait Caiet.verb.excommunicatio cap.26.

De differētia inter articulum, & periculum mortis.

EXA.Eſt nè aliquid diſcriminis inter articulũ & periculum mortis?Ita vt conſtitutũ in mortis articulo quilibet ſimplex ſacerdos poſſet abſoluere,quem nõ poſſet in periculo mortis? CON.Circa hoc ſunt duæ opiniones. Vna eſt Soti 4.diſt.18.q.4.art.4. ponentis diſcrimẽ inter articulum,& periculum mortis,ac docentis in articulo mortis poſſe quemuis ſacerdotem audire,& abſoluere pœnitentem,non tamen id poſſe in periculo mortis. Altera eſt Nauarri cap.27.n. 271.iudicãtis hanc Soti diſtinctionẽ de articulo,& periculo mortis,nouã,& ſuperuacaneam eſſe, putat enim nullum eſſe diſcrimẽ, quo ad poſſe,& nõ poſſe abſolui à quouis ſacerdote,hinc tenet cũ Silu.verb.Cõf. 1. q.6.§.7.expreſsè cõcedente etiã in periculo mortis,id licere deficiẽte proprio ſacerdote.At certè(pace eorũ)Soti ſentẽtia eſt ſatis rationi cõſentanea, quãdoquidẽ talis auctoritas cõceditur,q̃buſuis ſacerdotib.à Chriſto,vel ab Eccleſia ob neceſſitatẽ ineuitabilẽ,quæ neceſſitas in articulo mortis,& nõ in periculo ſaluatur. Priuilegiũ .n. non eſt ampliandum in re tam ardua, & periculoſa. 17

Quid importet

EXA. Quid ſibi vult articulus mortis, & periculum mortis?

CON.

articul° & periculum mortis.

CON. Articulus mortis eſt ille, in quo quis cōiter moritur: Aut in quo quis probabiliter mori timetur; Aut cū mors eſt in fieri per cauſam naturalem, vel violentam, nempe aut propter infirmitatem, vt eius, qui habet grauem, & acutam febrē, & a medicis peritis ſatis dubitatur; vt eius, qui eſt valdè grauiter gladio percuſſus; vt eius, qui ingreſſus eſt bellū: vt eius, qui eſt in probabili naufragio; vt eius, quæ eſt in partu, maxime quando nunquā peperit, Aut cō miniſterio iuſtitiæ quis eſt iugulandus, &c. Periculum verò mortis eſt illud, in quo quis ſe exponit rei (regulariter, vel ſaltem aliquando) mortem minantis, vt eius, qui ſe exponit nauigationi lōgiſſimæ; vt eius, qui ſe ingerit ad bellum iturum, aut etiam tranſmeare quodcunque flumen, agitare tauros, & torneamenta, &c.

18 *Si laicus in mortis articulo poteſt abſoluere.*

EXA. Poteſt ne laicus in præfato mortis articulo (deficiente ſacerdote) quēquam abſoluere? CON. Minime. (loquēdo de abſolutione ſacramentali) quia in eo, qui debet ſacramentaliter à peccatis abſoluere, requiritur de neceſſitate poteſtas ordinis ſacerdotalis, ſine qua nihi efficitur, at laici non habēt hanc poteſtatem, ideo nequeunt abſoluere. Hæc veritas nè dum determinatur à Cōſ Flor. verū ēt & Trid. ſeſſ. 14 c. 6; can. 9. & 10. cuius verba hæc ſunt. Si quis dixerit nō ſolū ſacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnib. & ſingulis Chriſti fidelib. eſſe dictum, quodcumq; ligaueris ſuper terram, &c. &

quo-

quorum remiſeritis, &c.anathema ſit.

EXA. Quid ſi ipſe laicus tentaret abſoluere? 19

CON. Mortaliter peccaret(ſi intẽderet ſacramentaliter abſoluere) quia vtitur aliena iuriſdictione,& maximo ſupplicio eſſet plectendus tanquam ſacrilegus. Imò ſecundum Pal.4. diſt. 17.q.3.eſſet irregularis, cui cõcordare videtur Sotus 4. diſ. 18.q.4.art.1.qui fundantur ſuper cap.ſi quis, & cap.ex literis de clerico non ordinato,vbi iniungitur irregularitatis pæna cuicumque non ordinato,qui ſacramenta ſolemniter miniſtrat.licet Silu.verb.conf. 1. & alij velint, laicum abſoluentem(etiam ſacramentaliter)non incurrere pœnam irregularitatis. Ratio eorum eſt,quia hoc non eſt, in iure expreſſum,& Regula generalis eſt, quod nullus propter quodcũque delictum incurrit irregularitatem,niſi ſit in iure expreſſum. At certè ius prędictorum capitulorum id exprimit. Vide Nau. cap.27.n.242. de laico ſimulante ſe eſſe confeſſarium,quia eſt irregularis, vt ipſe ait.

Quã pœnam incurrit laicus ſi tẽtet abſoluere.

EXA.Liceret nè forſan ipſi laico in prefato articulo ab excommunicatione abſoluere? cum iudex etiam laicus à cenſuris poſſet abſuluere? 20

CON. Minimè, quia in prędicto Conſ. Trid. (vbi ſupra)dicitur omnis ſacerdos & non dicitur oĩs laicus, quibus verbis nè dũ excluditur laicus, verum etiam clericus ſacris initiatus, vt bene declarat Nau.cap.27.n.271. L.B.Secũdò abſolutio ab excommunicatione non con-cedi-

Si laico licet in præfato mortis artic.ab excõtcatione abſoluere.

ceditur in articulo mortis, niſi ratione abſolutionis peccatorum, at quia laicus à peccatis nõ poteſt abſoluere (vt proxime dictum eſt) ob id neque ab excommunicatione. (teri.

EXA. Pôt nè quis licitè laico ſua peccata cõfi-

21 *Si licet laico cõfiteri.* CON. Maximè (ſed non de neceſſitate) vt aſſerit Magiſter ſententiarum vna cum D. Tho. 4. diſt. 17. q. 3. art. 4. quæſtiuncula 2. & diſt. 20. q. 1. art. 1. quæſtiuncula ſecunda ad ſecundũ. Imò. planè teſtantur talem confeſſionem factam laico prodeſſe, (ſed certè non iſtis temporibus, quoniam rara fides inuenitur) ratio eſt, quia erubeſcentia, & humilitas augebunt meritum.

22 *Si confeſſio facta laico eſt iterata.* EXA. Ex quo confeſſio pôt fieri laico, ac ſatis ꝓdeſſe dicitur, tenetur ne cõfeſſus laico (maximè in mortis articulo) iterũ ſacerdoti cõfiteri? CON. Tenetur omnia peccata laico cõfeſſa, iterũ proprio ſacerdoti confiteri, ratio eſt, quia ibi nullum fuit ſacramentum, & per conſequẽs non fuit ſacramentaliter abſolutus, quia in eo non aderat iuriſdictio ſacerdotalis, ſed fuit abſolutus deprecatoriè, Ex D. Tho. vbi ſupra.

Circa ſcientiam, quæ eſt ſecunda conditio neceſſaria, poſco.

23 *Sciẽtia dupplex Inquiſitiua, &* EXA. QVantam, & qualem ſciẽtiam debet habere peritus confeſſarius? CON. Debet habere duplicem ſcientiam. Vnam, quæ dicitur Inquiſitiua, Altera, quæ dicitur Medicatiua, quandoquidem Confeſſor,

ſor, & Iudex,& Medicus eſt, & quia verè, & proprie eſt iudex in foro pœnitentię, & metaphoricè Medicus,ob id prima ſcientia eſt ei neceſſaria ſimpliciter ad iudicãdum. Secunda verò non eſt adeo neeſſaria. Caiet. verb. Confeſſori neceſſaria. *Medicatiua.*

EXA. In quibus conſiſtit iſta ſcientia Inquiſitiua Cunfeſſori neceſſaria? 24 *De ſcitia Inquiſitiua.*

CON. Secundum Canones conſiſtit in hoc,nēpe,vt ſciat inquirere, & diſcernere inter leprã, & lepram,videlicet,vt cognoſcat quæ ſint peccata mortalia, & quæ venialia, quæque ſecus. Et quomodo inter ſe mortalia differant. Et quę ſint circunſtãtiæ peccatorum,& peccati neceſſariò confitendæ. Et quæ obligant ad reſtitutionem, & quæ ſunt reſeruata. Et quæ habent annexam excommunicationem. Quot,& quæ ſint cenſuræ Eccleſiaſticæ. In quibus reuelatur confeſſio. Et demum ad minus de caſibus occurrentibus ſciat dubitare,& ad peritos recurrere,vt colligitur ex D.Tho.4.diſt. 17. vide Caiet. vbi ſupra,& Nau.cap.4.num.2.

EXA. Quanta debet eſſe ſcientia Medicatiua in Confeſſore? 25 *De ſciētia Medicatiua.*

CON. Tanta, vt ſciat infundere vinũ, & oleũ peccata ſaucitatis.oleum in aquam diuinæ miſericordiæ,& vinũ diuinæ iuſtitiæ,nempe impenitentem emolliendo deſperatum erigendo, & puſillanimem confortando, & breuiter vt ſciat dare remedia neceſſaria, & opportuna ad ſalutem,

tem,maximè in iniungenda pœnitentia, vt ſcilicet ſit proportionata tribus, nempe peccatori,peccato, & fini. vt declaratum eſt cap. 7. in fine. Vide Caiet. vbi ſupra.

26 *Quatur caſus excuſãtes à prędicta ſciẽtia.* EXA. Excuſatur nè aliquando Confeſsor à prędicta ſcientia?

CON. In quatuor caſibus excuſatur. Primus eſt quando audit confeſſionẽ illius pęnitentis, qui eſt ſibi ſatis ſufficiens ad exponendam grauitatem, numerum, & circunſtantias peccatorum,& reputatur bonam habere conſcientiam.

Secundus caſus eſt, quando audit confeſſionem eius,qui eſt perſona ſpiritualis ſępe ſępius ad confeſſionem accedens, ac ſubinde non habet niſi venialia peccata.

Tertius caſus eſt, quando audit confeſſionẽ eius,qui eſt in mortis articulo,& non adeſt alter magis peritus, qui illum poſset audire, hi tres caſus adducũtur à S.Ant. 3.p.tit.17 c.6.§.1.

Quartus caſus eſt, quando talis confeſſarius imperitus reperitur apud infideles,vbi reperiũtur Chriſtiani ſerui,& liberi,apud quos non eſt copia doctioris ſacerdotis,ſiue cõfeſſarij. Vide Nau.c.4.n.5.& Caiet.verb.cõfeſſori neceſsaria

Circa Bonitatẽ,quæ eſt tertia conditio,poſtulo.

Bonitas requiſita in cõfeſſario. EXA. QVAM bonitatem debet habere cõfeſſarius,vt ritè, & ſanctè hoc ſacramentum miniſtret?

CON. Debet talem bonitatẽ habere, vt ſciat,

aut

aut probabiliter credat ſe eſſe extra ſtatū mor. talis culpę ideſt vt nullum habeat mortale peccatum, de quo non ſit contritus formaliter, vel virtualiter, quia ſi in mortali ſacraméta miniſtrat, mortaliter deliquit. Secūdum omnes Doctores, peccato inquam ſacrilegij, quia iniuriam facit ſacramento, indignè tractans ſacramentum. Caiet. verb. abſ. & Nau. cap. 4. nū. 6.

EXA: Iſta cōditio eſt nè de neceſſitate ſacramenti? ita vt miniſter exiſtens in mortali, non poſſit hoc ſacramentum perficere? An eſt de neceſſitate miniſtri, vt vitet mortale? 28 *Quomodo eſt neceſſaria prædicta bonitas*

CONFESS. Non eſt de neceſſitate ſacramenti, Ita quod non obſtante eius malitia peccati mortalis, verum, & perfectum efficitur ſacramentum, benè tamen eſt de neceſſitate miniſtri, vt mortale euadat, quod incurreret ſi ſine tali bonitate miniſtraret, ob iniuriam quam facit ſacramento. Sic definitur à Conſ. Trid. ſeſſ. 14. cap. 6. de pœn. can. 10. cuius verba ſunt hæc. Si quis dixerit ſacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligādi atque ſoluendi non habere. Anathema ſit. 29 *De malitia, & infidelitate miniſtri ſi annullat ſacramentum.*

Nota quod nec malitia ſacerdotis ideſt quod non ſit in charitate, ſed in mortali, neque eius infidelitas, annullat ſacramētum vt benè aſſeruit D. Tho. 3. p. q. 64. art. 5. dicēs, quod miniſtri (etiam ſi ſint mali) poſſunt ſacramēta cōferre, quia operantur inſtrumentaliter, peccant tamē mortaliter, vt habet ar. 6. Item ar. 9. dicit quod

Digitized by Google

etiam infidelis poteſt eſſe huius ſacramẽti miniſter, ideſt poteſt verum ſacramentum cõferre, dummodo adſint cætera, quæ ſunt de neceſſitate ſacramẽti, puta debita materia, debita forma, & recta intentio miniſtri reſpectu ſacramẽti, licet ſit praua reſpectu eius, quod ſequitur ſacramentum, vt ait art. 10. prædictæ quæſtionis.

30 EXA. An cenſuratus nempè excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus abſoluens aliquẽ in foro conſcientiæ, vltra mortale, efficiatur irregularis?

Si cẽſuratꝰ abſoluens irregularitatem incurrit.

CON. Diſtingo. Talis ſacerdos, aut eſt cenſuratus minori cenſura, aut maiori à canone, vel ab homine. Si eſt cenſuratus primo modo dico, quod non efficitur irregularis abſoluendo, neq; cætera ſacramenta miniſtrando, per capitulum ſi celebrat. Si ſecundo modo tunc ſub diſtingo. Aut talis ſacerdos ſciebat ſe eſſe cenſuratum, ſi ſic, abſoluendo, nulli dubium eſt, quod efficitur irregularis, irregularitate proueniente ex delicto violandi cenſuras ſecundum omnes. Aut probabiliter ignorabat ſe eſſe talem, & ſi ſic, nõ efficitur irregularis, niſi ignorantia eſſet craſſa, ſiue ſupina, quia cum de ſua cenſura de facili potuiſſet certificari, non curauit.

31 EXA. An abſolutus à ſacerdote cenſurato ſit verè abſolutus, nec nè?

Si abſolutus à cẽſurato ſit vere abſolutus.

CON. Diſtingo. Quod talis ſacerdos, aut eſt cẽſuratus publicè, & nominatim, vel propter notariam clerici percuſſionem: aut eſt cenſuratus

tus aliquibus alijs modis (exceptis iſtis duobus modis iam dictis). Si loqueris de cenſurato primo modo, tunc dico, quod abſolutio impenſa à tali ſacerdote eſt nulla, quia eſt ſuſpenſus, quò ad ſe, & quò ad alios, ſic determinatū fuit per Conſil. Conſt. ſub Martino V. Si loqueris de cēſurato ſecundo modo, tunc dico, quod talis abſolutio tenet, & eſt valida, vt patet per extra. Martini V. Vide Nau. cap. 9. num 6. & 7. & Caiet. 3. p. q. 64. art. 6. Ibi in eadem reſponſione.

EXA. Quid ſi pęnitens confeſſus eſt talibus cē- 32
ſuratis? nōnè peccat, & ad iterandum tenetur? *Si abſo-*
CON. Dico. Quod ſi cōfeſſus eſt cēſuratis pri- *lutus à*
mo modo, peccauit mortaliter, & cōfeſſionem *cenſura*
iterare tenetur, cum nulla fuit abſolutio ei im- *to pecca*
penſa: Si verò confeſſus eſt cenſuratis ſecundo *uit, etc.*
modo, tunc nō peccauit, quia hoc fecit ex iuris
cōceſſione, habilitante prædicta extrauagante.

EXA. Quid ſi pœnitens poteſt eligere confeſ-
ſorem conſcientia bonum, & eligit malum? 33
CON. Dico, ꝙ grauiter peccat, ſi erat in ſui li- *An pec-*
bertate hunc, vel illū poſſe eligere, ex D. Aug. *cet eli-*
allegato à Magiſtro ſent. 4. d. 17. (loquor inquā *gēs ma-*
de malo abſolutè, & bono abſolutè) ſecus eſt ſi *lū, potēs*
ſacerdos ſit malus, & nihilominus eſt doctus. *eligere*
bonum.

Circa prudentiā, quæ eſt quarta conditio, peto.

EXA. Qualem prudentiam habere tenetur confeſſarius circa huius ſacramēti adminiſtrationem?

CON. Talem debet habere prudentiam, vt ſcilicet ſit prudẽs Circa præambula confeſſionis: Circa ipſam confeſſionem: Circa medium confeſſionis: & Circa finem eiuſdem.

35 EXA. Qualem prudentiam debet habere circa ipſius confeſſionis præambula?

Prudentia habenda circa cõfeſſionis præambula.

CON. Talem vt Primo. à pœnitente perquirat ea, quæ poſſent beneficiũ abſolutionis impedire. Secundo. caſus quibus eſt iteranda confeſſio, nè cum iſtis tempus conteratur, quod cum alijs vtiliter expenderetur.

EXA. Qualem circa ipſam confeſſionem?

36 *Prudentia circa ipſam confeſſionem.*

CON. Talẽ, vt nõ inquirat omnia ab omnibus, nè quod ignorant adiſcant, ſed tantum peccata conſueta, & ſecundum conditionem peccatoris, nã alia ſunt à mercatore perquirenda, alia à iudice, aduocato, à coniugatis, Religioſis &c. Item (& hoc præcipuè) vt non oſtendat ob aliquod graue, vel turpe peccatum in cõfeſſione auditum, ſe eſſe turbatum, aut aliquod ſignum ſtuporis, vel admirationis, quoniam ſi prędicta oſtenderet, eſſet in cauſa vt pœnitens cælaret aliquod peccatum, vel circuſtantiã neceſſario cõfitendam, ac ob id confeſſio non eſſet integra. Item vt non ſinet pœnitentem nominare perſonã, cum qua peccauit &c. Item vt in peccatis carnalibus non nimium deſceudat ad peculiares circũſtantias, neq; minutatim interroget, nè ſe ipſum, vel pœnitentem ad aliquam tentationem inducat, & ad delectationem

nem alliciat. Imò neque permittat, vt pœnitens nimis ſtrictè illa exprimat, & conſequenter ſũmatim interoget de oſculis, amplexibus, & alijs tactibus impudicis. ex S. Tho. 4. diſt. 19. q. vlt. Vide Nau. c. 5. nu. 4. & c. 16. num. 4. 57

EXA. Qualem prudentiam exercere debet circa medium confeſſionis? *Prudētia circa medium cōfeſſionis*

CON. Ad duo præcipuè oportet quod ſit prudens. Primo. vt inducat ad diſplicentiam peccatorum, quatenus ſunt principaliter Dei offẽſa. Secundo ad propoſitum illa vitandi, & alia in futurum, ideſt ad propoſitũ mutandi vitam.

EXA. Qualẽ prudẽtiã oportet tenere circa finẽ 58

CON. Talem, vt ſit prudens in iniungenda pœnitentia, vt contraria contrarijs curet, ita vt pœnitentia ſit commenſurata tribus, nempè peccatori, peccato, & fini, verum vt ſit magis commenſurata peccatori, quam alijs. Item vt alium conſoletur, aliũ arguet, & alium animet &c. demum in principio, medio, & fine oportet quod non ſit ſcandaloſus, ſed viſu, verbo, & opere modeſtus & cautus. Vnde oportet cõfeſſorẽ magnam habere prudentiam, quãdoquidẽ grãde munus eſt hoc ſacramẽtũ miniſtrare. De his oĩbus. Vide Caiet. verb. Cõfeſſori neceſſaria *Prudētia circa finẽ eiuſdẽ.*

Circa Sigillum, quod eſt vltima conditio neceſſaria, poſco.

EXA. QVID eſt Sigillum confeſſionis ſacramentalis?

39 CON. Eſt obligatio quædam, à lege diuina poſitiua, per Chriſtum introducta, ad occultandum, quod in ſacramentali confeſſione panditur. Nau.cap.8.num.2.

Sigillū cōfeſſionis qd.

40 EXA. Quomodo confeſſarius tenetur ad hoc vinculū, ſeu ſigillū confeſſionis ſacramentalis?

De vinculo ſigilli ſacramentalis.

CON. Tenetur taliter, quod nullo modo, nullo pacto, nulla vi, nullo metu, nullo pręcepto, & excommunicatione, etiam ſummi Pontificis, debet manifeſtare in confeſſione audita. Ita quod tenetur potius ſubire mortem, quam confeſſionis ſigillum reſerare, verbo, ſigno, facto, vel ſcripto, aut quouis alio modo, aliter immane ſacrilegium cōmittit, & talis reuelator ſecundum canones eſt grauiter puniendus. Caiet.verb.confeſſori neceſſaria. Rationes huius habes à D. Tho. 4.diſt.21 q.3 art.1 Prima ratio eius eſt quia id quod agitur in ſacramentis exterius, eſt ſignum eius, quod agitur interius, &c. Secunda ratio, quia ob talem occultationem homines magis trahuntur ad confeſſionem, & ſimplicius confitentur.

41 EXA. Quę cadunt ſub hoc confeſſionis ſigillo?

Quę cōprehenduntur ſub ſigillo.

CON. Continētur non ſolum peccata mortalia, aut venialia, ſed etiam eorum circunſtantiæ neceſſariò, vel voluntariè confeſſæ. Imò omne id per quod detectū directè, vel indirectè, in genere, vel in ſpecie, detegitur peccator, vel p peccatum, etiā leuiſſimum, ſecūdum D. Tho. 4. diſt. 21. q. 3. Vide Nau. cap. 8. num. 3. & Caiet. verb.

verb. confeſſori neceſſaria. 42
EXA. Qui tenentur ſub hoc arctiſſimo ſigillo? *Qui ad*
CON. Primo, & principaliter ſub hoc ſigillo *gillũ te-*
ſacramentali tenetur, qui verè eſt confeſſarius. *nentur.*
Secundario tamen, & minus principaliter rema
nent obligati (ſub ſigillo tamen ſecreti) licet
arctiori modo, omnes illi, qui ſacramentalem
confeſſionem audierunt directè, vel indirectè,
ſiue ſint clerici, ſiue laici, ſiue mares, ſiue fœmi-
næ, ſecundum D. Tho. Pal. & communem. 4. diſt.
21. Ita quod tenetur ad hoc ſigillum, nè dum
confeſſor, verum etiam interpres, per quem
alius confitetur. Laicus, qui audit confeſſionẽ
in articulo mortis. Doctor à quo conſilium de
confeſſis poſtulatur. & Qui ſe fingit confeſſorẽ,
& huiuſmodi alij, Nau. cap. 8. num. 14. & 7.
EXA. Quantum durat hoc ſigillum, ſiue hæc 43
occultatio confeſſionis? Ideſt quanto tempore *Quan-*
tenetur confeſſarius audita confeſſione celare? *tum du-*
CON. Hæc obligatio occultandi audita in *rat ſi-*
confeſſione ſacramentali, durat vſque ad mor- *gilli oc-*
tem. Imò etiam poſt mortem, quoniam hæc oc- *cultatio*
cultatio naſcitur ex præcepto negatiuo, quod
obligat ſemper, & ad ſemper ſecundũ D. Th. 2.
2. q. 33. ar. 2. Vide Nau. cap. & nu. quibus ſupra.
EXA. Poſſet occurere aliquis caſus, in quo li- 44
ceret ſigillum reſerare? *Caſus, ĩ*
CON. Regulariter in nullo caſu licet, niſi in *quo li-*
vno tantum, videlicet quãdo pænitens ad id de- *cet reſe-*
derit facultatem, & hoc non ſemper, ſed ob ma- *rare ſi-*

 ximam *gillum.*

ximam vtilitatem, vel neceſſitatem pœnitentis ſecũdum veram opinionem D. Th. & multorũ. 4. diſt. 21. contra ſententiam Scoti eiuſq; ſequaces perperam ſentientes, cõfirmante: Nau. c. 8. num. 2. & 15; & c. 17 num. 23. & c. 18. num. 51,

Contra Scotiſtas.

Hic pro maiori cautela confeſſariorum ſubdũtur aliqui caſus, in quibus ſacramentalis confeſſio videtur quod non reuelatur, & tamen reuelatur.

45 PRIMVS caſus eſt, quando cõfeſſarius audita cõfeſſione alicuius ita de eo loquitur dicens. Ille confeſſus eſt mihi multa grauia crimina, confeſſionẽ detegit ex Pal. 4. diſt. 17. q. 3.

Sex caſus in q bus confeſſio reuelatur

Secundus caſus eſt, quando aliquorum cõfeſſionibus auditis, ita profert de vno, hic nullum peccatum mortale habuit, ſigillum referat, quoniam indirectè videtur innuere, alios duos mortalia fuiſſe confeſſos.

Tertius caſus eſt, quando poſt confeſſionem peractam conſulit virum doctum, & præſentẽ, de aliquo peccato in confeſſione audito, & illicò ad pœnitentem reddit, vt eum abſoluat, confeſſionem detegit.

Quartus caſus eſt, quando audita cõfeſſione publicorum peccatorum, puta concubinarij, vſurarij, &c. aſſerit illos, peccata illa publica fuiſſe confeſſos, ſigillum aperit, quia iſta, vt per confeſſionẽ cognita denunciãtur; licet ſint publica. Et ſi alij cõtrarium aſſerant, ſed nõ benè.

Quin-

Quintus caſus eſt,quādo dicit talis mihi cōfeſſus eſt,ſed eum nō abſolui,iſte ſecundū Nau. confeſſionem detegit,quoniam ob id dignoſcitur peccatorum aliquam cenſuram habuiſſe, aut non fuiſſe contritum, At ſecundum Caiet. & aliquos alios,non eſt ſigilli fractor,quandoquidem ex pluribus cauſis hoc poteſt euenire, benè verum eſt quod iſte malè diceret.deberet enim dicere ſe ſuum officium fuiſſe perfunctū.

Sextus,quando dicit ego illum non abſolui, quia non vult reſtituere, concubinam relinquere, vſuram dimittere &c. omnes inquam prædicti confeſſionem detegunt.Circa hos caſus Vide Nau. cap. 8. à num. 9.

Circa primam conditionem de poteſtate abſoluēdi ad numerum quartum ſatis ſuperq; ſunt neceſſaria ſcitu ſequentia quaſita.

EXV. QVuotuplex eſt poteſtas miniſterialis? 1 *poteſtas miniſterij duplex.*

CONF. Duplex.vna dicitur ordinis, altera iuriſdictionis.

EXA. Quid eſt poteſtas ordinis.

CONF. Eſt quædam ſpiritualis poteſtas à Deo collata ipſi ordinato ad conferendam gratiam medijs ſacramentis. 2 *Quid poteſtas ordinis.*

EXA. Quotuplex eſt ordinis poteſtas?

CONF. Sectuplex. ſecūdum quod ſeptē ſunt ordi-

3 *Quotuplex poteſtas ordinis.* ordines, iuxta communem opinionem Theologorum, licet ſecundum canoniſtas ordines ſint nouem, annumerantes primam tonſuram, & Epiſcopatum quæ harum opinionum ſit tenenda nondum eſt ab Eccleſia definitum.

4 *Qui ordo neceſſarius cõfeſſario.* EXA. Quam poteſtatem ordinis debet habere confeſſarius?

CON. Omnem regulariter, ſed de neceſſitate debet habere poteſtatem ordinis ſacerdotalis, ſine qua nihil fit.

EXA. Qui habent hanc poteſtatem ordinis ſacerdotalis?

CON. Omnes ritè ordinati, quando recipiũt caracterem ſacerdotalem.

5 *Quid poteſtas iuriſdictionis.* EXA. Quid eſt poteſtas iuriſdictionis?

CON. Eſt quædam ſpiritualis poteſtas à Deo, & ab Eccleſia collata, cõſequẽs ipſum ordinatũ

EXA. Quotuplex eſt poteſtas iuriſdictionis?

CON. Quintuplex, Vna dicitur poteſtas ordi-
6 *Quotuplex iuriſdictionis poteſtas.* naria. Secunda delegata. Tertia conceſſa. Quarta commiſſa. Quinta gratioſa.

EXA. Quæ eſt poteſtas iuriſdictionis ordinaria?

CON. Eſt illa, quæ habetur ex officio paſtorali. Et hanc habent. Primo. Summus Pontifex modo principaliſſimo, & plenario, in toto orbe,
7 *Qui habent iuriſdictionem* cap. cuncta. Secundo habet Legatus in ſua Prouincia, de offic. deleg. cap. 1. & 2. Tertio Epiſcopus in ſua Diœceſi, de offic. ord. cap. 1. Quarto Archipresbyter Eccleſię Cathedralis in tota Diœceſi, de officio Arch. cap. officium. Quinto

Archi-

Digitized by Google

Archipresbyter Ruralis, ſiue Decanus in ſuo decanatu, vel plebanatu, dicto cap. officium. Sexto Sacerdos parochialis in ſua parochia, de pœn. & remiſſ. cap. omnis. *ordinariam, et quæ ſit.*

EXA. Quæ eſt poteſtas iuriſdictionis delegata?

CON. Eſt illa, quæ habetur ex admiſſione ei', qui eſt paſtor pœnitentis, & hãc poſſunt habere omnes ſacerdotes regulares, & non regulares, admiſſi ab aliquo prædictorum paſtorum, de elect. cap. ex eo. & cap. 1. & 2. de offic. vic. lib. 6. 8 *Qui habẽt delegatã & qua ſit.*

EXA. Quam facultatem ſortiuntur confeſſarij poteſtatem iuriſdictionis delegatam habentes? 9

CON. Qualis conceditur eis à prædictis paſtoribus ſecundum eorum facultatem. *Quãta ſit delegata.*

EXA. Quæ eſt poteſtas iuriſdictionis cõceſſa?

CON. Eſt illa, quæ habetur ex conceſſione facta prælatis exemptis, vt diſcretum, & prouidũ confeſſorẽ ſibi poſſint eligere, de pœn. cap. Ne productione ex Gregorio Nono. Et hanc poſſunt habere omnes ſacerdotes electi à prælatis exemptis in eorum confeſſarium. 10 *Qui habent cõceſſam & qua ſit.*

EXA. Quam facultatem ſortiuntur confeſſarij habentes poteſtatem iuriſdictionis cõceſſam? 11

CON. Qualem ipſi eligentes habent, ita quod poſſunt abſoluere prædictos eligentes ab omnibus peccatis, & cenſuris, à quibus poſſunt ipſi eligentes erga ſuos ſubditos (de quibus non ſit ſedes Apoſtolica conſulenda.) Imò poſſunt relaxare omnia vota, & iuramenta, de quibus poſſunt eligentes. *Quãta ſit conceſſa.*

12 EXA. Nunquid Papa confiteri teneatur?

Si Papa cõfiteri teneatur. CONF. Dico breuiter (licet hic eſſent multa conculcanda) quod ſecundum formam præcepti Eccleſiæ per cap. omnis vtriuſq; ſexus &c. non tenetur, quia par in parem nõ habet imperium, ex Riccardo 4. diſt. 18. q. 2. ar. 4. Secundũ verò ius diuinum, cui etiã Papa ſubeſt, tenetur, quia circa ius diuinum Papa circa ſe, neq; circa alium diſpẽſare poteſt, vt dicit Abbas c. omnis.

13 EXA. Quæ eſt poteſtas iuriſdictionis cõmiſſa?

Qui habent cõmiſſam & quæ ſit. CONF. Eſt illa quæ habetur ex commiſſione facta à Curato, auxilio circa Sacramentorũ adminiſtrationem indigẽte. Et hanc poteſt habere quilibet ſacerdos in auxilium ſumptus à Curato, qui poteſt aſſumere in ſuum auxilium presbyterum non curatum & religioſum (etiã ab Epiſcopo non licentiatum) ad confeſſionem audiendam.

Dubiũ contra prædicta. EXA. Venerande Pater hoc non videtur verum, quandoquidem dicit Archidiaconus argumento de elect. cum ex eo li 6. quod per inferiorem Epiſcopo non poteſt cura delegari, ergo curatus cum ſit Epiſcopo inferior, non poteſt committere vices ſuas.

CONF. Dico, ꝙ cõmiſſio poteſt eſſe duplex. Vna generalis & ad ſemper. Altera ſpecialis, & ad tempus. Licet Curatus non poſſit cõmittere, ſeu delegare omnem ſuam curam generalẽ cuilibet ſacerdoti, & ad ſemper, quia videretur exonerare ſe de eo, quod per ſeipſum exercere

tene,

tenetur,tamen benè poteſt curam committere ſpecialem certorum caſuum,& ad tempus,puta quadrageſimæ,vt prædicet, confeſſiones audiat,& alia ſacramentà miniſtret. 14

EXA. Quam facultatem abſoluendi habet ſacerdos, qui de curati commiſſione ſecularium confeſſiones audit in ſua Parecia? *Quãta ſit commiſſa.*

CONF. Qualem ei Curatus largitur.

EXA. Quę eſt poteſtas iuriſdictionis gratioſa? 15

CONF. eſt illa, quæ habetur ex gratioſa conceſſione Papæ in fauorem animarum,& auxiliũ curatorum,collata fratribus mendicantiũ, qui electi à ſuis prælatis,& ab ordinarijs licentiati (vel etiam non licentiati ſine iuſta cauſa. Et ò vtinam hodie non approbentur,qui non eſſent approbandi,& non reprobentur, qui eſſent admittendi, quandoquidem cõſcientia eorũ vermis illorum,& ſic mors depaſcet eos licentiantes,& non ritè licentiatos.) Poſſunt licitè,& liberè confeſſiones omnium vtriuſq; ſexus Chriſti fidelium audire,& eos abſoluere auctoritate Apoſtolica, vt habetur ex clem. cap. dudum. *Qui habet Gratioſam, & quæ ſit.*

EXA. Quã poteſtatẽ habent in confeſſionibus audiẽdis Religioſi ex cõceſſione gratioſa Papę 16

CONF. Qualẽ habent curati per dictá clem. §. ſtatuimus. Sed bene verum eſt, quod in aliquibus habent ampliorem facultatem, quam curati,& in aliquibus minorem. Habẽt maiorẽ auctoritatẽ quantum ad hoc Primo, quod fratres poſſunt audire omnes pœnitentes de tota diœceſi. *Quãta ſit gratioſa.*

CON. Talem debet habere prudentiam, vt ſcilicet ſit prudẽs Circa præambula confeſſionis: Circa ipſam confeſſionem: Circa medium confeſſionis: & Circa finem eiuſdem.

Prudentia habenda circa cõfeſſionis preambula.

35 EXA. Qualem prudentiam debet habere circa ipſius confeſſionis præambula?

CON. Talem vt Primo. à pœnitente perquirat ea, quæ poſſent beneficiũ abſolutionis impedire. Secundo. caſus quibus eſt iteranda confeſſio, nè cum iſtis tempus conteratur, quod cum alijs vtiliter expenderetur.

EXA. Qualem circa ipſam confeſſionem?

Prudentia circa ipſam confeſſionem.

36 CON. Talẽ, vt nõ inquirat omnia ab omnibus, nè quod ignorant adiſcant, ſed tantum peccata conſueta, & ſecundum conditionem peccatoris, nã alia ſunt à mercatore perquirenda, alia à iudice, aduocato, à coniugatis, Religioſis &c. Item (& hoc præcipuè) vt non oſtendat ob aliquod graue, vel turpe peccatum in cõfeſſione auditum, ſe eſſe turbatum, aut aliquod ſignum ſtuporis, vel admirationis, quoniam ſi prędicta oſtenderet, eſſet in cauſa vt pœnitens cælaret aliquod peccatum, vel circuſtantiã neceſſario cõfitendam, ac ob id confeſſio non eſſet integra. Item vt non ſinet pœnitentem nominare perſonã, cum qua peccauit &c. Item vt in peccatis carnalibus non nimium deſceudat ad peculiares circũſtantias, neq; minutatim interroget, nè ſe ipſum, vel pœnitentem ad aliquam tentationem inducat, & ad delectationem

nem alliciat. Imò neque permittat, vt pœnitens nimis ſtrictè illa exprimat, & conſequenter ſūmatim interoget de oſculis, amplexibus, & alijs tactibus impudicis. ex S. Tho. 4. diſt. 19. q. vlt. Vide Nau. c. 5. nu. 4. & c. 16. num. 4.

EXA. Qualem prudentiam exercere debet circa medium confeſſionis? 57

Prudētia circa medium cōfeſſionis

CON. Ad duo præcipuè oportet quod ſit prudens. Primo. vt inducat ad diſplicentiam peccatórum, quatenus ſunt principaliter Dei offēſa. Secundo ad propoſitum illa vitandi, & alia in futurum, ideſt ad propoſitū mutandi vitam.

EXA. Qualē prudētiā oportet tenere circa finē 58

Prudētia circa finē eiuſdē.

CON. Talem, vt ſit prudens in iniungenda pœnitentia, vt contraria contrarijs curet, ita vt pœnitentia ſit commenſurata tribus, nempè peccatori, peccato, & fini, verum vt ſit magis commenſurata peccatori, quam alijs. Item vt alium conſoletur, aliū arguet, & alium animet &c. demum in principio, medio, & fine oportet quod non ſit ſcandaloſus, ſed viſu, verbo, & opere modeſtus & cautus. Vnde oportet cōfeſſorē magnam habere prudentiam, quādoquidē grāde munus eſt hoc ſacramētū miniſtrare. De his oībus. Vide Caiet. verb. Cōfeſſori neceſſaria

Circa Sigillum, quod eſt vltima conditio neceſſaria, poſco.

EXA. QVID eſt Sigillum confeſſionis ſacramentalis?

39 *Sigillũ cõfeſſionis qd.* CON. Eſt obligatio quædam, à lege diuina poſitiua, per Chriſtum introducta, ad occultandum, quod in ſacramentali confeſſione panditur. Nau.cap.8.num.2.

40 *De vinculo ſigilli ſacramentalis.* EXA. Quomodo confeſſarius tenetur ad hoc vinculũ, ſeu ſigillũ confeſſionis ſacramentalis?

CON. Tenetur taliter, quod nullo modo, nullo pacto, nulla vi, nullo metu, nullo pręcepto, & excommunicatione, etiam ſummi Pontificis, debet manifeſtare in confeſſione audita. Ita quod tenetur potius ſubire mortem, quam confeſſionis ſigillum reſerare, verbo, ſigno, facto, vel ſcripto, aut quouis alio modo, aliter immane ſacrilegium cõmittit, & talis reuelator ſecundum canones eſt grauiter puniendus. Caiet.verb.confeſſori neceſſaria. Rationes huius habes à D. Tho. 4.diſt.21 q.3 art.1 Prima ratio eius eſt quia id quod agitur in ſacramentis exterius, eſt ſignum eius, quod agitur interius, &c. Secunda ratio, quia ob talem occultationem homines magis trahuntur ad confeſſionem, & ſimplicius confitentur.

41 *Quę cõprehenduntur ſub ſigillo.* EXA. Quę cadunt ſub hoc confeſſionis ſigillo?

CON. Continẽtur non ſolum peccata mortalia, aut venialia, ſed etiam eorum circunſtantiæ neceſſariò, vel voluntariè confeſſæ. Imò omne id per quod detectũ directè, vel indirectè, in genere, vel in ſpecie, detegitur peccator, vel ꝑ peccatum, etiã leuiſſimum, ſecũdum D. Tho. 4. diſt. 21. q. 3. Vide Nau. cap.8.num. 3. & Caiet. verb.

verb. confeſſori neceſſaria. 42

EXA. Qui tenentur ſub hoc arctiſſimo ſigillo?

CON. Primo, & principaliter ſub hoc ſigillo ſacramentali tenetur, qui verè eſt confeſſarius. Secundario tamen,& minus principaliter remanent obligati (ſub ſigillo tamen ſecreti) licet arctiori modo, omnes illi, qui ſacramentalem confeſſionem audierunt directè, vel indirectè, ſiue ſint clerici,ſiue laici,ſiue mares,ſiue fœminæ,ſecundum D.Tho.Pal.& communem.4.diſt. 21. Ita quod tenetur ad hoc ſigillum,nè dum confeſſor, verum etiam interpres, per quem alius confitetur. Laicus, qui audit confeſſionẽ in articulo mortis. Doctor à quo conſilium de confeſſis poſtulatur.& Qui ſe fingit confeſſorẽ, & huiuſmodi alij,Nau.cap.8.num.4.& 7.

Qui ad ſigillũ tenentur.

EXA. Quantum durat hoc ſigillum, ſiue hæc occultatio confeſſionis? Ideſt quanto tempore tenetur confeſſarius audita confeſſione celare? 43

CON. Hæc obligatio occultandi audita in confeſſione ſacramentali, durat vſque ad mortem. Imò etiam poſt mortem,quoniam hæc occultatio naſcitur ex præcepto negatiuo, quod obligat ſemper,& ad ſemper ſecundũ D. Th. 2. 2.q.33.ar.2. Vide Nau.cap.& nu. quibus ſupra.

Quantum durat ſigilli occultatio

EXA. Poſſet occurere aliquis caſus, in quo liceret ſigillum reſerare? 44

CON Regulariter in nullo caſu licet, niſi in vno tantum, videlicet quãdo pænitens ad id dederit facultatem,& hoc non ſemper,ſed ob ma-

Caſus,ĩ quo licet reſerare ſigillum.

 ximam

ximam vtilitatem, vel neceſſitatem pœnitentis ſecundum veram opinionem D. Th. & multorũ. *Contra* 4. diſt. 21. contra ſententiam Scoti eiuſq; ſequa *Scotiſtas.* ces perperam ſentientes, cõfirmante. Nau. c. 8. num. 2. & 15. & c. 17. num. 23. & c. 18. num. 51.

Hic pro maiori cautela confeſſariorum ſubdũtur aliqui caſus, in quibus ſacramentalis confeſſio videtur quod non reuelatur, & tamen reuelatur.

45 PRIMVS caſus eſt, quando cõfeſſarius au-*Sex caſus in q bus con feſſio re uelatur* dita cõfeſſione alicuius ita de eo loquitur dicens. Ille confeſſus eſt mihi multa grauia crimina, confeſſionẽ detegit ex Pal. 4. diſt. 17. q. 3. Secundus caſus eſt, quando aliquorum cõfeſſionibus auditis, ita profert de vno, hic nullum peccatum mortale habuit, ſigillum referat, quoniam indirectè videtur innuere, alios duos mortalia fuiſſe confeſſos.

Tertius caſus eſt, quando poſt confeſſionem peractam conſulit virum doctum, & præſentẽ, de aliquo peccato in confeſſione audito, & illicò ad pœnitentem reddit, vt eum abſoluat, confeſſionem detegit.

Quartus caſus eſt, quando audita cõfeſſione publicorum peccatorum, puta concubinarij, vſurarij, &c. aſſerit illos, peccata illa publica fuiſſe confeſſos, ſigillum aperit, quia iſta, vt per confeſſionẽ cognita denunciãtur; licet ſint publica. Et ſi alij cõtrarium aſſerant, ſed nõ benè.

Quin-

Quintus caſus eſt,quādo dicit talis mihi cōfeſſus eſt,ſed eum nō abſolui,iſte ſecundū Nau. confeſſionem detegit,quoniam ob id dignoſcitur peccatorum aliquam cenſuram habuiſſe, aut non fuiſſe contritum, At ſecundum Caiet. & aliquos alios,non eſt ſigilli fractor,quandoquidem ex pluribus cauſis hoc poteſt euenire, benè verum eſt quod iſte malè diceret.deberet enim dicere ſe ſuum officium fuiſſe perfunctū.

Sextus,quando dicit ego illum non abſolui, quia non vult reſtituere, concubinam relinquere, vſuram dimittere &c. omnes inquam prædicti confeſſionem detegunt.Circa hos caſus Vide Nau. cap. 8. à num. 9.

Circa primam conditionem de poteſtate abſoluēdi ad numerum quartum ſatis ſuperq; ſunt neceſſaria ſcitu ſequentia quaſita.

EXV. QVuotuplex eſt poteſtas miniſteriaIis? 1 *poteſtas miniſterij duplex.*

CONF. Duplex.vna dicitur ordinis, altera iuriſdictionis.

EXA. Quid eſt poteſtas ordinis.

CONF. Eſt quædam ſpiritualis poteſtas à Deo collata ipſi ordinato ad conferendam gratiam medijs ſacramentis. 2 *Quid poteſtas ordinis.*

EXA. Quotuplex eſt ordinis poteſtas?

CONF. Sectuplex. ſecūdum quod ſeptē ſunt ordi-

3 ordines, iuxta communem opinionem Theologorum, licet ſecundum canoniſtas ordines ſint nouem, annumerantes primam tonſuram, & Epiſcopatum quæ harum opinionum ſit tenenda nondum eſt ab Eccleſia definitum.

Quotuplex poteſtas ordinis.

4 EXA. Quam poteſtatem ordinis debet habere confeſſarius?

Qui ordo neceſſarius cõfeſſario.

CON. Omnem regulariter, ſed de neceſſitate debet habere poteſtatem ordinis ſacerdotalis, ſine qua nihil fit.

EXA. Qui habent hanc poteſtatem ordinis ſacerdotalis?

CON. Omnes ritè ordinati, quando recipiũt caracterem ſacerdotalem.

5 EXA. Quid eſt poteſtas iuriſdictionis?

Quid poteſtas iuriſdictionis.

CON. Eſt quædam ſpiritualis poteſtas à Deo, & ab Eccleſia collata, cõſequẽs ipſum ordinatũ

EXA. Quotuplex eſt poteſtas iuriſdictionis?

CON. Quintuplex, Vna dicitur poteſtas ordinaria. Secunda delegata. Tertia conceſſa. Quarta commiſſa. Quinta gratioſa.

6 *Quotuplex iuriſdictionis poteſtas.*

EXA. Quæ eſt poteſtas iuriſdictionis ordinaria?

CON. Eſt illa, quæ habetur ex officio paſtorali. Et hanc habent. Primo. Summus Pontifex modo principaliſſimo, & plenario, in toto orbe, cap. cuncta. Secundo habet Legatus in ſua Prouincia, de offic. deleg. cap. 1. & 2. Tertio Epiſcopus in ſua Diœceſi, de offic. ord. cap. 1. Quarto Archipresbyter Eccleſię Cathedralis in tota Diœceſi, de officio Arch. cap. officium. Quinto Archi-

7 *Qui habent iuriſdictionem*

Archipresbyter Ruralis,ſiue Decanus in ſuo decanatu,vel plebanatu,dicto cap.officium.Sexto Sacerdos parochialis in ſua parochia,de pœn. & remiſſ.cap.omnis. *ordinariam,et qua ſit.*

EXA. Quæ eſt poteſtas iuriſdictionis delegata?

CON.Eſt illa,quæ habetur ex admiſſione ei', qui eſt paſtor pœnitentis,& hāc poſſunt habere omnes ſacerdotes regulares, & non regulares, admiſſi ab aliquo prædictorum paſtorum, de elect.cap.ex eo.& cap.1.& 2.de offic.vic.lib.6. 8 *Qui habēt delegatā & qua ſit.*

EXA.Quam facultatem ſortiuntur confeſſarij poteſtatem iuriſdictionis delegatam habentes? 9

CON. Qualis conceditur eis à prædictis paſtoribus ſecundum eorum facultatem. *Quāta ſit delegata.*

EXA.Quæ eſt poteſtas iuriſdictionis cōceſſa?

CON.Eſt illa,quæ habetur ex conceſſione facta prælatis exemptis,vt diſcretum, & prouidū confeſſorē ſibi poſſint eligere, de pœn. cap. Ne productione ex Gregorio Nono. Et hanc poſſunt habere omnes ſacerdotes electi à prælatis exemptis in eorum confeſſarium. 10 *Qui habent cōceſſam, & qua ſit.*

EXA.Quam facultatem ſortiuntur confeſſarij habentes poteſtatem iuriſdictionis cōceſſam? 11

CON.Qualem ipſi eligentes habent, ita quod poſſunt abſoluere prædictos eligentes ab omnibus peccatis,& cenſuris,à quibus poſſunt ipſi eligentes erga ſuos ſubditos (de quibus non ſit ſedes Apoſtolica conſulenda.) Imò poſſunt relaxare omnia vota, & iuramenta, de quibus poſſunt eligentes. *Quāta ſit conceſſa.*

EXA.

12 EXA. Nunquid Papa confiteri teneatur?

Si Papa cõfiteri teneatur. CONF. Dico breuiter (licet hic eſſent multa conculcanda) quod ſecundum formam præcepti Eccleſiæ per cap. omnis vtriuſq; ſexus &c. non tenetur, quia par in parem nõ habet imperium, ex Riccardo 4. diſt. 18. q. 2. ar. 4. Secundũ verò ius diuinum, cui etiã Papa ſubeſt, tenetur, quia circa ius diuinum Papa circa ſe, neq; circa alium diſpẽſare poteſt, vt dicit Abbas c. omnis.

13 EXA. Quæ eſt poteſtas iuriſdictionis cõmiſſa?

Qui habent cõmiſſam & quæ ſit. CONF. Eſt illa quæ habetur ex commiſſione facta à Curato, auxilio circa Sacramentorũ adminiſtrationem indigẽte. Et hanc poteſt habere quilibet ſacerdos in auxilium ſumptus à Curato, qui poteſt aſſumere in ſuum auxilium presbyterum non curatum & religioſum (etiã ab Epiſcopo non licentiatum) ad confeſſionem audiendam.

EXA. Venerande Pater hoc non videtur verum, quandoquidem dicit Archidiaconus argumento de elect. cum ex eo li 6. quod per inferiorem Epiſcopo non poteſt cura delegari, ergo curatus cum ſit Epiſcopo inferior, non poteſt committere vices ſuas.

Dubiũ contra prædicta.

CONF. Dico, q̃ cõmiſſio poteſt eſſe duplex. Vna generalis & ad ſemper. Altera ſpecialis, & ad tempus. Licet Curatus non poſſit cõmittere, ſeu delegare omnem ſuam curam generalẽ cuilibet ſacerdoti, & ad ſemper, quia videretur exonerare ſe de eo, quod per ſeipſum exercere

tene,

tenetur,tamen benè poteſt curam committere ſpecialem certorum caſuum,& ad tempus,puta quadrageſimæ,vt prædicet, confeſſiones audiat,& alia ſacramenta miniſtret. 14

EXA. Quam facultatem abſoluendi habet ſacerdos, qui de curati commiſſione ſecularium confeſſiones audit in ſua Parecia? *Quāta ſit commiſſa.*

CONF. Qualem ei Curatus largitur.

EXA. Quę eſt poteſtas iuriſdictionis gratioſa? 15

CONF. eſt illa, quæ habetur ex gratioſa conceſſionē Papæ in fauorem animarum,& auxiliū curatorum,collata fratribus mendicantiū, qui electi à ſuis prælatis,& ab ordinarijs licentiati (vel etiam non licentiati ſine iuſta cauſa. Et ò vtinam hodie non approbentur,qui non eſſent approbandi,& non reprobentur, qui eſſent admittendi, quandoquidem cōſcientia eorū vermis illorum,& ſic mors depaſcet eos licentiantes,& non ritè licentiatos.) Poſſunt licitè,& liberè confeſſiones omnium vtriuſq; ſexus Chriſti fidelium audire,& eos abſoluere auctoritate Apoſtolica, vt habetur ex clem. cap. dudum. *Qui habēt Gratioſam, & quæ ſit.*

EXA. Quā poteſtatē habent in confeſſionibus audiēdis Religioſi ex cōceſſione gratioſa Papę 16

CONF. Qualē habent curati per dictá clem. §. ſtatuimus. Sed bene verum eſt,quod in aliquibus habent ampliorem facultatem,quam curati,& in aliquibus minorem. Habēt maiorē auctoritatē quantum ad hoc Primo,quod fratres poſſunt audire omnes pœnitentes de tota diœceſi. *Quāta ſit gratioſa.*

ceſi.Curati verò non,niſi ſuos parochianos tã. tum.Alios verò alterius Pareciæ nõ poſſunt au dire ſine licentia Epiſcopi, vel Curatorũ eorũ ſecundum Gul.& Imol. §. ſtatuimus. Secundo, quia prædicti fratres ſecundum Io.de Lign.cap. omnis de pęn.per dictam clem.dudum poſſunt abſoluere ab omnibus peccatis, & caſib. exceptis præcisè,quæ in iure reſeruãtur Epiſcopis, vnde poſſunt abſoluere à caſib. quos Epiſcopi ſibi reſeruãt per ſtatuta ſynodalia,prouincialia vel ex cõſuetudine ſuæ Diæceſis, etiã ſi Epiſcopi dictos caſus nõ concedant.Curati verò hoc nequeũt facere,qui Curati, ſeu ſacerdotes parochiales ſunt de foro Epiſcoporũ,& eorũ conſtitutionibus ſunt ſubiecti, ac ob id Epiſcopus erga Curatos poteſt plures caſus rationabiliter reſeruare,fratres autem ſunt exempti,& ab eorũ ordinationibus ſunt immunes.Habent minorem quantũ ad hoc. Primo,quia Curati poſſunt committere vices ſuas alijs,vt ſuos audiãt parochianos,fratres verò hoc nequeunt ſecundum Dom.Card. Secundo,quia Curati poſſunt audire ſuos ſubditos infra Dięceſim,& extra qa in his,quæ ſunt fori pænitentialis, & ſub ſilentio exercẽtur,nullius territoriũ læditur.At fratres præſentati, & admiſſi nequeunt ſubditos prçlatorum audire,niſi intra Dięceſim, & locũ, niſi prçlatus ad id dederit facultatem,quoniam prælati dari poſſunt hanc licentiam fratribus, vt ſuos ſubditos audiant extra Diœceſim,quia hoc

Nota quod hodie per breue quodam Clem.8. coarctata ẽ huiuſmodi auctoritas, & poteſtas

hoc eſt voluntariè iuriſdictionis.

EXA. Tenentur nè qui ſunt confeſſi fratribus prædictis, ſaltem ſemel in anno ſuis confiteri curatis? 17 *Si cõfeſſus fratrib mẽdicãtib. teneatur etiã Curato cõfiteri.*

CONF. Dico, quod confeſſi fratribus Prædicatoribus, Minoribus, Carmelitis, & Eremitanis non tenentur confiteri curatis (etiam ſemel in anno) quia ſunt ſpecialiter priuilegiati in hoc, per Extra. Io. xxij. vas electionis, vt dicit Abbas cap. omnis de pænit. Si autem fratribus alterius ordinis confeſſi ſunt, iteratu curatis ſuis confiteri tenentur, etiam ſi ab eiſdem habeant ritè generalem licentiam, vt poſſint ſibi eligere cõfeſſorem, vt ait gloſ. & Hoſtienſ.

EXA. Quot, & qui ſunt caſus Epiſcopis de iure reſeruati? Quinque quot item ſunt de approbata conſuetudine? 18 *Caſus Epiſcopales de iure.*

CONF. Circa caſus Epiſcopis reſeruatos de iure cõmuni, & approbata conſuetudine nõ eſt vna, & eadem ſententia apud Doctores. At cõmunis ſententia hæc eſſe videtur, quod de iure ſunt quinque. Primus percuſſio clerici violenta, ſed leuis, quia ſi eſſet grauis percuſſio, non poteſt Epiſcopus, quia eſt Papæ reſeruatã. Secũdus. Peccatũ clerici, per quod incurritur irregularitas. Tertius. Peccatum incendiariorum, quãndo incendium eſt ex profeſſo factũ, nempè incendium domorum, frugum, & aliarũ rerum. Ac etiam peccatum eorum, qui ad id conſiliũ, & auxilium dederint, qui etiam ſunt excommunican-

nicandi. Quartus. Peccatum ob quod pænitētia ſolemnis eſt imponenda, quæ inponitur ob peccatum notorium, graue, & ſcandaloſum. Quintus. Peccatum blasphemiæ publicè, & notoriè. Aliqui addunt Sextum caſum, nempè diſpenſationem votorum, & iuramentorum, ſed hic non debet annumerari inter caſus, quia iſta nō ſunt peccata, ſed diſpenſationes. Item addunt, & ſeptimum, nempè abſolutionem ab excōmunicatione maiori. Sed hic etiam non eſt caſus, quia non eſt peccatum, ſed pęna peccati. Addunt, & alij, peccatum eorum, qui clandeſtina contrahunt matrimonia, aut contra Eccleſiæ ordina-
19 tionem, &c. Vide. Nau. cap. 27. num. 256. & 257.

Caſus Epiſcopales de cōſuetudine.

De approbata cōſuetudine iſti ſunt. Primus. eſt homicidium voluntarium, aut realis membri abſciſſio. Secundus. Peccatum falſarij falſificantis ſcripturas, aut dātis falſum teſtimoniū, aut veritatem tacentis coram iudice, & peccatum admiſſum ab aduocatis, procuratoribus, & notarijs oſtēdēdo ſcripturas partibus aduerſe. Tertius. violatio libertatis, aut immunitatis Eccleſieæ. hodie hic caſus habet annexā excōmunicationem cœnæ. Quartus. Peccatum retinendi incerta aliena. Quintus omne ſacrilegium eſt caſus Epiſcopalis per Silu. verb. caſus q. 4.

SECVN-

SECVNDVM CAPVT.

Examinis; erit circa Sacramentum Pœnitentiæ.

QVIA Sacramentalis confeſſio (Reuerendæ Pater) eſt vna pars pœnitentiæ ſecundum ſanam doctrinam D.Th.3.par.q.90.ar.12. & 3. approbatam à Conc. Flor. ſub Eugenio IIII. & à Trid. ſeſſ. 14. de Sacramento pœn. can. 4. & cap. 3. Ideo aliqua expoſcam de ipſo pœnitentiæ Sacramento, & primo ſic,

EXAM. Quid ſibi vult hoc nomen pœnitentia, ſeu pœnitere? 1 *De nomine pœnitētia.*

CON. Pœnitentia eſt pœnæ tenentia, & eſt nomen deductum à penitudo, pœnitere verò idem eſt, quod pœnam tenere, & quia omnis pęnitentia ortum habet ex culpa, & culpā ſupponit, Ideo pœnitētia, ſeu pœnitere, eſt de culpis commiſſis pœnā tenere, Nau. præl. 10 nu. 1.

EXA. Quid ſignificat hoc nomen pænitētia? 2 *Quæ ſignificata habet hoc nomē pœnitētia.*

CONF. Pœnitentia habet multas ſignificationes. Primo ſignificat actum, nolendi feciſſe aliquid à ſe factum, vel commiſſum. Secundo ſignificat habitum, qui eſt virtus inclinans ad prædi-

Digitized by Google

prædictum actum pœnitendi mediatè, vel immediatè. Tertio ſignificat pœnitentiam à Sacerdote impoſitam in ſatisfactionem peccatorum. Quarto ſignificat Sacramentum Pænitentiæ, de quo eſt noſtra examinandi intentio.

3 *De diuiſiōe, ſeu multiplicitate pænitentiæ:* EXAM. Quotuplex pœnitentia reperitur, ſeu quotupliciter diuiditur?

CONF. Pænitentia à Doctoribus multipliciter reperitur diuiſa, & primo ſic. Pænitentia duplex eſt, vna dicitur pænitentia mala, & alia bona. Secundo vna dicitur interior, & altera exterior. Tertio vna dicitur pænitentia ante Baptiſpmum, altera mortalium, & alia venialium. Quarto vna dicitur pænitentia cum dolore, & altera ſine dolore. Quinto vna dicitur pænitentia virtus, & altera dicitur pænitentia Sacramentum.

4 *Quid pęnitētia mala.* EXAM. Quid eſt pęnitentia mala?

CONF. Eſt illa, quæ habetur de opere bono, ideſt, eſt illa, qua quem pænitet feciſſe bonum, vel ommiſiſſe malum, puta eſt illa, qua, quem pænitet ieiunaſse, eleemoſinam dediſſe, vel non occidiſſe, furtum non feciſſe, &c. hæc pænitētia non eſt virtus, ſed peccatum valde graue, Nau. vbi ſupra, num. 2.

5 *Quid pęnitētia bona.* EXAM. Quid eſt pœnitentia bona?

CONF. Eſt illa, quæ concipitur de opere malo, ideſt eſt illa, qua quis dolet Deum offendiſſe, vel de opere malo commiſſo, vel de opere bono ommiſſo Vel ſic pænitentia mala eſt illa,

qua

qua,quem pænitet de culpis falſis,& hæc eſt vitium. Pœnitentia bona eſt illa, qua quem, pœnitet de culpis veris, vel putatis veris, & hæc eſt virtus. Vel ſic. Pænitentia bona eſt illa, qua quem pænitet de culpis veris,vel putatis veris, & hæc eſt virtus. Vel ſic Pænitentia bona eſt illa,qua,quem pænitet de culpis veris cum ſpe veniæ,& fiduFia de miſericoedia Dei,& hęc eſt virtus, ſeu pertinet ad pœnitentię virtutem. Mala eſt illa,qua quem pęnitet de culpis quidẽ veris, ſed cum puſillanimitate veniæ, & deſperatione, & ſic pænituit proditorem Iudam, & aliquos alios,& hæc pœnitentia nõn eſt virtus, ſed vitium grauiſſimum.

EXAM. Quid eſt pœnitentia interior, & quantum durat? 6 *Quid pęnitẽtia iterior.*

CONF. Eſt illa, qua quis dolet de peccato commiſſo dolore interno,Ideſt,eſt quædam diſplicentia internè concepta de peccato cõmiſſo, vel de bono ommiſſo, & hæc pœnitentia eſt de iure naturali, & debet durare vſq; ad finem vitæ,quia ſemper debet diſplicere peccatum, ſi enim placeret peccaſſe, iam ex hoc peccatum incurreret, & fructus veniæ perderet, ex D. Thom. 3.p.q.84.art.8.

EXAM. Quid eſt pænitentia exterior? & quantum durat? 7 *Quid pęnitẽtia exterior.*

CONF. Eſt illa,qua quis exteriora ſigna doloris oſtendit,& verbotenus peccata ſua ſacerdoti confitetur,& iuxta eius arbitriũ ſatisfacit.

Digitized by Google

Hæc definitio continet omnes tres partes pænitentiæ, & hæc non oportet, vt duret vſque ad finem vitæ, ſed vſq; ad determinatum tempus ſecundum menſuram peccantis, & hæc eſt de iure Euangelico.

8 EXAM. Quid eſt pænitentia ante Baptiſmũ?

Quid pœnitẽtia ante Baptiſmũ.

CONF. Eſt quædam immutatio à pænitente intenta per regenerationem in nouam vitam, ſeu eſt quædam deteſtatio vitæ præteritæ. Ex D. Thom. 3 par. q. 9. art. 4. & ex D. Auguſtino lib. de pænitentia.

9 EXAM. Quid eſt pęnitentia Mortalium?

Quid pœnitẽtia mortalium.

CONF. Eſt quædam immutatio intenta à pænitente per reformationem vitæ præteritæ, iam corruptæ D. Thom. vbi ſupra.

EXAM. Quid eſt pænitentia Venialium?

10 CONF. Eſt quædam immutatio à pœnitente intenta in perfectiorem operationem vitæ nouæ; & hæc venialia dimittuntur per aliquem actum feruentis charitatis, D. Tho. vbi ſupra. Hæc item diuiſio colligitur ab eodem ſancto Doctore 3 p. q 84 ar. 2.

Quid pœnitẽtia venialium.

11 EXAM. Quid eſt pænitentia ſine dolore?

Quid pœnitẽtia ſine dolore.

CONF. Eſt illa, quam habent comprehenſores in patria, qui recordantur abſq; vllo dolore ſuorum peccatorum alias confeſſorum, & nollent ea admiſiſſe. Vel eſt actus nollendi peccaſſe ſine actuali conſideratione peccati, & hæc vt ſic, reperitur in aliquo viatore, qui nollet pecc ſſe, non habens actualem conſideratioñe,

quòd

quod ipſe commiſit, quoniam ſine tali actuali conſideratione non cauſatur dolor, ſecundum Scotum 4. diſt. 14. art. 3. vt refert Nauar. cap. 1. num. 5. & 6. 12

EXAM. Quid eſt pœnitentia cum dolore? *Quid pę-*

CONF. Eſt illa, quæ reperitur in viatoribus, *nitētia* ideſt nobis; quæ (vt dictum eſt) poteſt eſſe bo- *cum do-* na, vel mala, interior, & exterior. Ante Baptiſ- *lore.* mum, & poſt, Venialium, & Mortalium, Nau. vbi ſupra.

EXAM. Quid eſt pœnitentia virtus?

CONF. Pœnitentia virtus multipliciter de- 13 ſcribitur à diuerſis. *Deſcri-*

Et primò ſic. A diuo Ambroſio, pœnitentia *ptiones* eſt præterita mala plangere, & plangenda ite- *pænitē-* rum non committere. *tiæ vir-*

Secundò à D. Gregorio ſic, quæ in idem red- *tutis.* dit. Eſt anteacta mala, & peccata flere, & iterum flenda non committere. Hæ deſcriptiones dantur per duplicem actum, vnũ de præterito, ſcilicet præterita mala plãgere; & alterum de futuro, ſcilicet plangenda iterum non committere, iuxta illud Auguſtini. Doleat de præterito, & caueat de futuro.

Tertio à Nauar. prælu. x. ſic. Pœnitentia eſt actus nolendi, vel habitus benè nolendi, vel do- 14 lendi, ac puniendi peccatum. *Deſcri-*

EXAM. Quid eſt pœnitentia Sacramentum? *ptiones*

CONF. Multipliciter item à Doctoribus re- *pænitē-* peritur deſcripta. *tiæ ſa-*

 A di- *cramēti*

A diuo Tho. ſic. Pænitentia eſt Sacramentũ contritionis, confeſſionis,& ſatisfactionis, & hæc datur per partes integrales, 4. d. 14. & 16. & 3. part.

A Doctore Nau.cap.22.nu.11. ſic.Pœnitẽtia eſt Sacramentum abſolutionis, quo ſacerdos ſibi ſubditum, & legitimè confitentem ſua peccata cum iuſto dolore,& propoſito ſatisfaciendi, abſoluit ab eis, & datur etiam per ſuas partes integrales. Vide ab eodem exactam declarationem. Vel ſic & pulchrè, vt elicitur, ex cõpendio Theo.lib.6. cap.23. Pęnitentia eſt quodam ſpontaneum iuditium, in quo eſt quædam citatio per contritionem, quædam accuſatio per propriam oris confeſſionem, & quædam pænæ ſolutio per ſatisfactionem.

15 *De origine pænitẽtiæ virtutis.* EXAM. Quando incepit pænitentia virtus?

CONF. Incepit à noſtris primis parẽtibus, qui ob peccatum excluſi fuerunt ab illo terreſtri Paradiſo.

EXAM. Quando incepit pænitentia Sacramentum? & à quo fuit inſtitutum?

16 *De origine pænitẽtiæ, vt Sacramentum.* CONF. Fuit inſtitutum à Chriſto poſt reſurrectionem ſuam, quando dixit, Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. tunc dedit poteſtatem retinendi,& dimittendi peccata Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus, vt determinauit Conſ. Flor: ſeſſ.14 de Sacramento pœnitentiæ c. 1. can.3. & 8.& ſeſſ. 6.de iuſtificatione c.14 Et ex Trid.ſeſ.7.can. 1.

EXAM.

EXA. Quæ eſt materia Sacramēti pęnitētiæ? 17

CONF. Materia duplex eſt, quædam proxima, & quædam remota. Si quæris de materia proxima dico. ſunt tres actus pœnitentis, videlicet, cordis, cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio.

Materia Sacramēti pænitentiæ duplex.

Si inquiris de materia remota, dico quod ſunt peccata non acceptanda, ſed deteſtanda, ex D.Tho. 3.p.q.84. art.2 & 90.art.1.2.& 3.vt determinatum eſt à Conſ.Flor.& Trid ſeſſ.14. de Sacramento pœnitentiæ can.4. cap.4.& ſeſſ. 6. de iuſtificatione cap.14.verba conſilij hęc ſunt. Si quis negauerit ad integram,& perfectā peccatorum remiſſionem requiri tres actus pœnitentis, quaſi materiam Sacramenti pœnitentiæ, videlicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur,&c. Anathema ſit.

TERTIVM CAPVT.

Examinis, erit circa contritionem.

EXA. QVIA materia proxima Sacramenti pænitentiæ diuiditur in tres partes (vt proximè dictū eſt) & prima pars ſit ipſa contritio, Ideo tecū 1

De nomine contritionis, et attritionis.

(Reuerende Pater) de ipſa contritione ſermonem faciam. Et primo peto quid ſibi vult hoc nomen contritio? & per conſequens atritio, ſeu atterere, & conterere? & vnde deriuantur?

CONF. Attritio eſt aliqualis percuſſio, ſeu alicuius rei factio. Contritio verò eſt magna, & vehemens percuſſio, & in partes minutiſsimas fractio. Hinc atterere eſt rem aliquam percutere, & in partes quoquo modo frangere. Conterere verò eſt multum contundere, & in partes minutiſſimas frangere ad modum pulueris. Vnde Attritio deriuatur à terendo. Contritio autem à conterendo.

2 EXAM. Quid eſt contritio?

Diſcriptiones contritionis, vt virtus, & vt ſacramentum.

CONF. A Doctoribus dantur multæ, & diuerſæ deſcriptiones de ipſa contritione.

A diuo Auguſtino datur talis, Contritio eſt dolor remittens peccatum.

A D. Gregorio. Cõtritio eſt humilitatis ſpiritus, annihilans peccatum, inter ſpem, & timorem.

Ab Iſidoro. Contritio eſt humilitas mentis, cum lachrymis, veniens de recordatione peccati, & timore iuditij.

A Magiſtro ſent & communiter ab omnibus Doctoribus 4. diſt. 17 hæc aſſignatur. Contritio eſt dolor voluntatiè aſſumptus pro peccatis propter Deum, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Hæc deſcriptio habet duas partes; pars prima datur de ea, vt eſt virtutis actus. Secũda pars nempè cũ propoſito cõfitendi, &c. datur

datur de ea, vt eſt pars Sacramenti. Hinc nota, quod prædictæ deſcriptiones ſanctorum dătur explicitè de contritione virtute, & non de contritione Sacramento.

A Doctore Nau. cap. 1. n. 1. ſatis exactè ſic deſcribitur. Contritio eſt actus pœnitendi, cum dolore maximo, actuali, vel virtuali, peccati proprij iam commiſſi, quatenus eſt offenſa Dei ſuper omnia dilecti, cum ſpe veniæ, & propoſito non peccandi amplius (ſaltem mortaliter) & confitendi, & ſatisfaciendi, vt minimũ virtuali.

A ſacro Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. datur hæc. Contritio eſt animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero.

EXAM. Quotuplex eſt contritio? 3

CONF. Duplex, vna dicitur perfecta, & altera imperfecta. Perfecta eſt illa, vt iam deſcripta eſt. Imperfecta eſt, quando deficit aliqua conditio requiſita ad veram contritionem, & talis contritio imperfecta eſt idem, quod attritio, vnde contritio imperfecta eſt dolor imperfectus.

Contritio duplex.

EXAM. Quæ differentia eſt inter Attritum, & Contritum? 4

CONF. Hæc eſt, quod attritus eſt ille, qui timore pœnæ compulſus, à peccatis ſe retrahit. Contritus verò dicitur ille, qui ſolummodo, vel ſaltem principaliter, vel propter Dei amorem, vel quatenus eſt eius offenſa, à peccatis ſe abſtinet.

Differẽtia ĩter attritũ & contritum.

5 ſtinet, Nau. cap. 1. num. 37. ex D. Auguſtino.

Differẽtia ĩter attritionem, & contritionem. EXAM. Quæ differentia eſt inter attritionẽ, & contritionem?

CONF. Multiplex differentia datur.

Prima ex parte obiecti, nempè contritio eſt dolor de peccatis propter Deum. Attritio verò eſt dolor de peccatis ob timorem pœnæ æternæ, vel temporalis.

Secuuda ex parte cauſæ, nempè cõtritio oritur ex timore filiali: Attritio verò ex timore ſeruili pœnarum.

Tertia ex parte effectus, nempè attritio non ſufficit ad conſtituendum hominem in gratiã, contritio verò ſic.

Quarta contritio naſcitur ex ſpeciali auxilio Dei, præueniente liberum arbitrium. Attritio verò poteſt elici viribus naturalibus, quia non eſt vltima diſpoſitio ad gratiam.

Quinta contririo eſt actus formatus. Attritio verò eſt actus in formis, has differentias habes à Soto, 4. diſt. 17. q. 2. ar. 5.

6 *Si attritio poſſit effici cõtritio.* EXAM. Poteſt nè attritio fieri contritio?

CONF. Dico, quod non, loquendo formaliter. & intrinſecè, ſed ſic, diſpoſitiuè, & intrinſecè, nempè virtute Sacramenti attritio poteſt verti in contritionem: nam Sacramenta ex ſui natura ex attritio faciunt contritnm, & hoc efficitur duobus modis.

Vno modo attritio fit contritio, per hoc, qđ in Sacramẽto dolor intẽditur, & efficitur maior

V.G.

V. G. accedit, quis ad confeſſionem attritus dolore ſex graduum, poſtea in Sacraměto eius calore augetur iſte dolor, & recipit alios duos gradus, & fit perfectus.

Secũdo modo ratione finis, ideſt mutatione finis, quia licet motiuum, quo quis ad confeſſionẽ acceſſit, fuit turpitudo, & metus gehennæ, tamen in confeſſione virtute Sacramenti, iſtum dolorem ipſe dirigit in Deum, & dolet de peccatis, ob id, quia ſunt Dei offenſa.

Poteſt item probabiliter addi tertius modus nempè attritionem fieri confeſſionem ſola applicatione Sacramenti (etiam ſi per Sacramẽtum nulla fiat mutatio in pœnitente) & hoc quando quis ſolum attritus carens aliqua circunſtantia contritionis, ex ſola applicatione Sacramenti, ipſum Sacramentum ſupplet vicẽ illius circunſtantiæ requiſitæ, vnde tantundem valeret præſentia Sacramenti, quantum valeret ſi haberet illam circunſtantiam. 7

EXAM. Quæ eſt materia contritionis, ideſt de quibus homo tenetur conteri. *Materia contritiõis duplex &c.*

CONF. Materia contritionis poteſt eſſe duplex. Vna principalis, & Altera ſecundaria. Si quæris de materia principali, dico qđ ſunt peccata mortalia. Si quęris de ſecundaria, dico qđ ſunt peccata venialia. Caiet. verb. contritio.

Item materia principalis poteſt eſſe duplex. Vna neceſſitatis, & altera ſecuritatis. Si loqueris de materia neceſſaria, dico qđ ſunt peccata mor-

mortalia certa, vel dubia, de quibus nunquam antea confeſſi fuimus, vel cōtriti. Si loquimini de materia ſecuritatis, dico quod ſunt eade ... peccata mortalia, de quib: fuimus alias cōfeſſi, vel ſaltē contriti, vera, vel putata contritione.

8 *Notandum de repetita contritiōe.* Nota, quia nō poſſumus ſcire, & certè, dignoſcere ſi habuimus veram, aut putatam contritionem, ac etiam ſi ante confeſſionem habuimus debitam præparationem, & fecimus ſufficientem, aut diligentem peccatorum, & circūſtantiarum diſcuſſionem. Ideo tutius, & ſecurius erit de peccatis ſæpe ſæpius cōteri, ac ſubinde ſæpius conficeri; Vnde repetita contritio (nè dum confeſſio) eſt valdè proficua, ac pro pœna purgatorij nimis ſatisfactoria.

9 *Modus contritiōis neceſſari⁹.* EXAM. Quis modus contritionis eſt ad ſalutem neceſſarius?

CONF. Non requiritur ad ſalutem, hominē habere contritionem de peccatis in particulari, & ſecundum numerum, ideſt nō requiritur, vt homo deteſtetur ſingula peccata, ſingulis actibus diſtinctis; quia hoc eſſet nimium viam arctare ſalutis; Hinc benè citat Caiet. verb. cōtritio auctoritatem Domini dicentis de Magdalena, dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, & non dixit multoties. Neque itē eſt ſufficiens in generali conteri de ſuis peccatis abſq; aliquo diſcurſu, & cogitatione particulari, vel ſpeciali. Sed neceſſarium eſt, ac ſatis eſt, vt homo cogitet omnia peccata ſua in

ſingu-

ſingulis ſpeciebus recognoſcens aliquem certũ numerum,& poſt talem recognitionem de omnibus ſimul conterat, hoc eſt, vt ſaltem doleat in generali de omni culpa mortali, quatenus eſt Dei offenſa principaliter, ita tamen quod iſta generalis deteſtatio extendatur virtualiter ad omnia,& ſingula mortalia, conſiderans in particulari de aliqua ſpecie peccati,& de iſta ſimul cum alijs deteſtetur. De peccatis tamen oblitis ſatis eſt habere vnum actum generalem deteſtationis. Hæc eliciuntur ex Caiet. verb. contritio.

EXA. Quo tempore homo peccato, tenetur de ſuis peccatis conteri de neceſſitate ſalutis? 10

Quo tẽpore, qs tenetur conteri.

CONF. De præcepto contritionis dupliciter loqui poſſumus. Vel quãtum ad id,quod eſt poſitiuum. Vel quantum ad id,quod eſt priuatiuum,ſeu negatiuum. Si loqueris quantum ad id,quod dicit negatiuum. Dico, quod hoc præceptũ obligat ſemper, & ad ſemper, quia ſemper homini debet diſplicere peccatum, taliter quod nunquam licet de peccatis cõmiſſis, aut committendis complacere. Et vt ſic dico etiã, quod non eſt præceptum diſtinctum,neq; obligationem diſtinctam infert,ſed per omnia præcepta vagatur. Si loqueris quãtum ad id, quod dicit affirmatiuum,tunc etiam poſſumus loqui dupliciter. Vno modo de tempore ratione periculi,quò ad ſurgendum à morte animæ,vt vitetur periculum æternæ mortis;& ſic homo tenetur

netur ſtatim conteri poſt peccatum commiſſum: iuxta illud, Nè tardes conuerti ad Deum; nam non licet (etiam per horam, vel dimidium horę) ſtare in ſtatu iræ Dei, ſecundum omnes Doctores 4.diſt.17. Alio modo de tempore ratione vitandi nouum peccatum mortale, & ſic regulariter homo tenetur conteri in duobus caſibus, ex Caiet. verb.contritio, & Nau. c. 1. num.31.

Caſus, in quib. qui tenetur conteri.

11 EXAM. Da illos caſus, in quibus homo tenetur conteri, vt nouum vitet peccatum mortale?

CONF. Primus caſus talis eſt, quando reperitur in probabili periculo mortis naturalis, vel violentæ. Secundus caſus eſt, quando habet ſuſcipere, ſeu adminiſtrare Sacramēta, aut alios actus habet exercere, qui requirunt hominem mundum à peccato, Aliqui addunt tertium caſum, nempè quotieſcunque ſumus in aliqua neceſſitate propria, vel communi rei publicè, ita vt non poſſit ſuccurri ſine orationis feruore, quem comittatur contritio, ex Adriano IIII. de confeſſ. q. 3. Aliqui addunt quartum, nempè quando per ſummum Pontificem proponitur aliquod Iubilæum omnibus Chriſti fidelibus. Alij addunt quintum, nempè tempore, quo homo ex præcepto Eccleſiæ tenetur confiteri peccata ſua, tenetur etiam conteri; ſed certè ſufficit ſi attritionem habeat, quia (vt dictum eſt) per contritionem, ex attrito fieret contritus.

Alij

Alij addunt ſextum, videlicet, vt omni die feſtiuo pœnitens conteratur. Sed hoc (pace eorum) non benè aſſeritur à Scotiſtis, quoniam finis pręcepti non cadit ſub præcepto, at conteri die feſto eſt finis pręcepti, igitur &c. *Contra Scotiſtas,*

EXA. Quæ ſunt illa, quæ cauſant cōtritionē?

12 CONF. Cauſæ contritionis ſunt in duplici, ſeu triplici differentia. Quædam eſt cauſa formalis: quædam effectiua: & quædam ſunt cauſæ diſpoſitiuæ, ſeu inductiuæ. Cauſa formalis eſt ſola gratia, & miſericordia Dei, vt habet D.Thom. 1.2. q 113. art. 8. Cauſa effectiua eſt mens, ſeu voluntas eliciens actum doloris auxilio Dei ad perfectæ operandum, contritio .n. partim eſt à voluntate noſtra, & partim à Deo. Cauſæ verò diſponentes, ſeu inducentes, ſunt ſex, vt habet Sanctus Ant 3. p. tit. 14 cap. 18. §. 5. & Nau. cap. 1. num. 42. Prima eſt. Memoria mortis peccati, pręſertim quando recordatur multorum peccatorum ſimul. Secunda. Pudor peccati. Terria. Vilitas peccati. Quarta. Timor iudicij diuini, & ignis gehennæ. Quinta. Contemplatio ammiſſionis gratiæ diuinæ, & magnitudinis gloriæ. Sexta. Spes veniæ conſequendæ, & gratiæ recuperandæ. *Cauſæ contritionis.*

EXAM. Qui ſunt effectus contritionis? 13

CONF. Contritio multos producit effectus. Primus, & principalis eſt. Remiſſio omnis culpæ, & acquiſitio gratiæ, & amicitiæ Dei. Secundus eſt. Cōmutatio pœnæ æternę in pœnā temporalem, *Effect⁹ contritionis*

poralem, ſecundum D. Tho. 4. diſt. 17. q. 2. artic. 5. & 3. p. q. 86. art. 2. & etiam elicitur q. 87. art. 4. Tertius eſt, quod delet, & caſſat aliquam partem pœnæ temporalis, Quartus eſt, quod aliquando tantum intenditur contritio, quod etiam totam pœnam delet, ſicut fuit in Maria Magdalena.

74 *Notandum de intẽſione contritionis.* Nota, quod hæc intenſio cõtritionis ex duobus poteſt oriri. Primo ex charitate intenſa, quam habuit Magdalena, de qua dicitur, dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundo poteſt procedere ex dolore ſenſuali, qui dolor cum ſit quædam pœna, poteſt tantum intendi, quod ſufficiat ad deletionem culpæ, & totius pœnæ, vt patet de martiribus. Ex comp. Theol. lib. 7. cap. 24 & Nau. cap. 1. num. 14. 29. 33. & 43.

QVARTVM CAPVT.

Examinis, erit circa Confeſſionem.

1 *Multiplex cõfeſſio.* EXA. QVIA (Reuerendæ pater) ad audientiam confeſſionis admitti cupis. Ideo circa ipſam confeſſionem ſermonem faciemus, & primo peto diuiſiuè. Quotuplex confeſſio reperitur?

CON.

CONF. Multiplex confeſſio reperitur. Vna quæ dicitur laudis. Altera, quæ dicitur fraudis, ſeu accuſationis, ex Diuo Auguſtino de verbis Euang. hom. 8. Et hæc fraudis eſt duplex. Vna, quæ dicitur mentalis, Altera, quæ dicitur vocalis. Et hæc item vocalis eſt duplex. Vna generalis, & altera ſpecialis, ſeu ſacramentalis.

EXAM. Quid eſt confeſſio laudis? 2

Quid cõfeſſio laudis.

CONF. Eſt illa, qua Deum mente, vel ore laudamus, glorificamus, magnificamus, & de beneficijs gratias agimus, vt eſt illa. Confiteor tibi pater cœli, & terræ. Matth. 11. & vt ſunt multæ aliæ, quæ in Dauidico pſalterio continentur, vt confitemini Deo deorum, &c.

EXAM. Quid eſt confeſſio accuſationis mentalis? 3

Quid cõfeſſio fraudis.

CONF. Eſt illa, qua quis confitetur Deo, humiliter veniam petendo de delictis ſuis, & hæc confeſſio eſt de iure naturali. Iuxta illud pſalmi 21. dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino. &c.

EXAM. Quid eſt confeſſio vocalis generalis? 4

Quid cõfeſſio generalis.

CON. Eſt illa, quæ generaliter fit in prima, Completorio: In Miſſa, & quæ ſolet fieri in exordio, & fine confeſſionis, & hæc confeſſio non eſt ſacramentalis, ſed dicitur deprecatiua.

EXAM. Quid eſt confeſſio vocalis ſpecialis? 5

Quid cõfeſſio ſpecialis.

CONF. Eſt illa, quæ fit homini, ideſt proprio ſacerdoti habenti claues, & hæc eſt de iure Euãgelico, & dicitur confeſſio ſacramentalis.

Nota hic, quod ante Chriſti Incarnationem ſufficiebat confeſſio mentalis, quia Deus non dum erat homo, ſed poſtquam Deus factus eſt homo, debet confeſſio fieri homini Chriſti Vicario. Circa ſupradicta vide comp theol. lib. 6. cap. 25. vide item Nau. cap. 1. num 2.

6 EXAM: Quid eſt confeſſio ſacramentalis?

Quid cō feſſio ſacramentalis. CONF. Multipliciter à diuerſis Doctoribus deſcribitur.

Secundū Raym. aſſignatur hæc, Cōfeſſio eſt legitima corā ſacerdote peccatorū declaratio.

Secundum Gregorium datur hæc, Confeſſio eſt peccatorum deteſtatio, & vulneris ruptio.

Secundum D. Auguſtinum adducitur hæc. Confeſſio eſt illa, per quam morbus latens, ſpe veniæ aperitur.

Secundum D. Antoninum talis elicitur. Cōfeſſio eſt ſcrutinium conſcientiæ, in quo ſacerdos ſcrutatur conſcientiam peccatoris, & peccator cum eo.

Secundum Magiſtrum datur hæc. Confeſſio eſt ſacramentalis quædam peccatorum accuſatio, ad indulgentiam virtute clauium Eccleſiæ obtinendam.

Secundum Doctorem Nau. cap. 3. num. 1. ſic deſcribitur, & pulchrè. Confeſſio eſt ſecreta peccatoris accuſatio de ſuis peccatis, coram proprio ſacerdote, vt ab illis ſacramentaliter abſoluatur. Vide ab eodem exactam huius deſcriptionis declarationem.

EXA.

EXAM. A quo fuit inſtituta ſacramentalis confeſſio? 7 *Quis inſtituit cõfeſſionem ſacramentalem.*

CONF. Non à Ioſue, vt quidam dixerunt. Non à B.Iacobo Apoſtolo, vt alij protulerũt; nam iſti non inſtitutores, ſed promulgatores fuerunt. Non item ab Eccleſiæ conſuetudine, ſed benè Eccleſia tempus præfixit. Non in Paradiſo terreſtri, vel aliqui exararunt, ſed à Chriſto Saluatore noſtro. Ratio eſt, quia nullus præter Deum poteſt inſtituere ſacramentum. neq; partem ſacramenti, vt ait D.Th 3 p.q.64 ar.2. & ab omnibus aſſeritur 4.diſt.17 ſed confeſſio ſacramentalis eſt pars ſacramenti pænitentiæ; ergo à nullo alio potuit inſtitui, niſi à Chriſto. Imò in Conſ.Trid.ſeſſ.14.cap.5.can.6.decretũ fuit, integram peccatorũ confeſſionem à Domino fuiſſe inſtitutam, & poſt baptiſmum lapſis iure diuino neceſſariam exiſtere. Vide Nauar.cap.2.num. 3.

EXAM. vbi fundatur præceptum de confeſſione ſacramentali? 8 *Loci in quibus fundatur confeſſio ſacramentalis.*

CON. In duobus, aut tribus locis præcipuè. Primo in illo Matth.16. quando dixit Chriſtus Petro explicitè, & omnibus Apoſtolis in Petro implicitè. Quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cœlo.

Secundo. Matth.18. quando dixit explicitè omnibus Apoſtolis Quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in cœlo, & quodcũque

que ſolueritis, erit ſolutum, &c.

Tertiò in illo Ioannis 20. quando dixit omnibus diſcipulis. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Id declarat Concil. Trid. ſeſſ. 14. can. 3. Vide Nau. cap. 2. num. 3.

De conditionibus confeſſionis.

EXAM. QVæ, & quot ſunt conditionis bonæ confeſſionis?

9 *Sexdecim conditiones perficientes confeſſionem.*

CONF. Sexdecim, quæ his verſibus cōtinētur

Sit Simplex: Humilis: Confeſsio: Pura: Fidelis:
Atque Frequens: Nuda: Diſcreta: Libens: Verecunda.
Integra: Secreta: Lachrimabilis: Accellerata.
Fortis, & accuſans: & ſit parere parata.

Pro exacta declaratione harum conditionum vide Caiet. verb. conf. Nau. cap. 2. à num. 1. & maximè D. Tho. 4. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſtiuncula 4. & diuum Ant. 3 p. tit. 4. cap. 1. & 2.

10 *Sīplex in duobus conſiſtit.*

EXAM. Circa primam conditionem, quæ eſt quod ſit Simplex, quæro, quid ſibi vult iſte terminus ſimplex? Seu in quibus conſiſtit ſimplicitas confeſſionis?

CONF. In duobus prçcipuè conſiſtit confeſſionis ſimplicitas. Primo, quod non ſit compoſita verbis artificioſis, ita vt peccata confeſſa à confeſſario non perpendantur ſecundum eorum grauitatem. Secunda, quod non ſit compoſita verbis generalibus, vt eſt confeſſio Fariſaica,

riſaica, nempè dicendo: Peccauimus, iniuſtè eg mus, iniquitatem fecimus, &c. ſed oportet, quod ſit ſimplex, ideſt verbis ſpecialibus, imò indiuidualibus, nempè dicendo peccaui peccato homicidij, furti, &c.

11 EXAM. Circa ſecundam, quæ eſt, quod ſit humilis, peto quid ſibi vult hæc conditio humilis. Ideſt in quibus conſiſtit confeſſionis humilitas? *Humilis in duobus*

CONF. In duobus. Primo, quod pænitens ſit humilis quoad actus internos, nempè recognoſcens ſe eſſe miſerrimum peccatorem, ac venia indignum, &c. Secundò, quod ſit humilis, quo ad actus externos, vt puta, vt confiteatur peccata ſua genibus flexis, capite diſcoperto, ac omni, quia decet reuerentia.

12 EXAM. Circa tertiam, quæ eſt, quod ſit pura peto. In quibus conſiſtit confeſſionem eſſe puram? *Pura in trib*

CONF. In tribus præcipuè. Primo. vt nō ſit mixta rebus impertinentibus. Secundò, vt non ſit mixta alienorum peccatorū, ſi propria ſine alienis exprimi poſſunt. Tertiò. quod ſit facta pura, & recta intentione, nēpè, vt petat veniam à Deo, & vt faciet ſatis Deo, & Eccleſiæ, & non ob timorē iuſtitiæ, aut ob alias iniquas cauſas.

13 EXAM. Circa quartam, quæ eſt, vt ſit Fidelis. In quibus conſiſtit fidelitas confeſſionis? *Fidelis in duob*

CONF. In duobus præcipuè. Primo. vt pœnitens ſit verax quantum ad peccata mortalia

certa, nunquã antea legitimè confeſſa, & quantum ad eorum legitimas circunſtantias neceſſarias. Secundo, quod ſit etiam verax quantum ad peccata dubia, ideſt de quibus dubitat ſi ſint mortalia, nec nè, dixi mortalia, quia regulariter mentiri de venialibus non eſt pluſquam veniale, ex Soto 4. diſt. 18. q. 18. art. 4. dixi item regulariter, quia de venialibus mentiri animo illudendi, aut irridendi confeſſorem, aut confiteri tantum vnum veniale, quod non commiſit mentiendo, & nullum alium verum, eſt mortale, quia iniuria efficitur ſacramento, ex Nauar. cap. 6. n. 20. & cap. 21. nu. 37. & 38. licet Caiet. contrarium aſſerat. Dixi legitimè confeſſa, quia mentiri de mortalibus ritè confeſſis non eſt mortale, ex eodem Nauar. vbi ſupra.

14 EXAM. Circa quintam, quæ eſt, quod ſit Nuda, in quo conſiſtit nuditas confeſſionis?

Nuda in vno.

CONF. In hoc vno videtur conſiſtere, nempè, vt non ſit veſtita verbis cooperientibus, aut alleuiantibus, ſeu obſcurantibus grauitatem peccati, quoniam, vt ſic non eſſet confeſſio, ſed confeſſionis ſimulatio.

15 EXAM. Circa ſextam, quæ eſt, quod ſit frequens, peto. In quo conſiſtit frequentia confeſſionis?

frequẽs in vno.

CONF. In hoc vno tantum, nempè, ſi quis frequenter in peccatum labatur, frequẽter per confeſſionẽ ſurgat. vnde ſicut quis quoties infirmatur, toties ad medicum currit, ita peccator

tor, quoties per peccatum languet, toties per confeſſionem medeatur, peccatum enim infirmitas animæ eſt.

EXAM. Circa ſeptimam, quæ eſt, vt ſit diſcreta. In quo conſiſtit hæc conditio? 16 *Diſcreta i duobus.*

CONF. In duobus præcipuè. Primo, vt ſit diſcreta, quantum ad verba honeſta, prolata cum omni diſcretione, & honeſtate, ac modeſtia, Secundo quantum ad actus exteriores, nēpè, vt ſit modeſtus, diſcretus, ac benè compoſitus ante oculos confeſſoris, & circunſtantium.

EXAM. Circa octauum, quæ eſt, vt ſit libens, peto, In quo conſiſtit hæc conditio? 17 *Libens in duobus.*

CONF. In duobus præcipuè. Primo vt liberè efficiatur, abſque metu pœnæ temporali, nēpè inquiſitionis, Epiſcopi, &c. Secundò, vt efficiatur liberè, abſque metu pœnæ æternæ, ſed principaliter ob conſequendam animæ ſalutem.

EXAM. Circa nonam, quę, eſt, vt ſit, Verecunda, peto In quo conſiſt it iſta conditio? 18 *Verecūda in duobus.*

CONF. In duobus præcipuè Primo apud ſeipſum, vt erubeſcat de peccato ſuo. Secundò apud confeſſarium, vt enarret peccata ſua cum erubeſcentia, & non quaſi iactando, aut fabulam narrando.

EXAM. Circa decimam, quæ eſt, vt ſit integra, peto. In quo conſiſtit iſta conditio? 19 *Integra in duobus.*

CONF. In duobus. Primo, vt ſit integra de mortalibus certis, ac eorum circunſtantijs, & de cenſuris. Secundò, vt ſit etiam integra de

mortalibus dubijs, nempè de illis, de quibus dubitatur ſi ſint mortalia, nec nè.

20 EXAM. Sunt nè aliqui caſus, in quibus confeſſio non integra ſit valida?

Tres caſus in quib. nõ integra eſt valida.

CONF. Etiam, & ſunt tres caſus. Primus, quando pænitens confitetur cui reſeruatum eſt peccatum, facta integra cum alio. Secundus, quando pœnitens facto diligenti examine ſuæ conſcientiæ obliuiſcitur aliquorum peccatorũ, vel alicuius circunſtantiæ. Tertius, quando pænitens reliquit, ſeu tacet aliquod peccatum, vel circunſtantiam, ob id, quia ſequeretur aliquod graue ſcandalum, aut periculum animæ, famæ, aut corporis. Aut quia verè putat confeſſorem eſſe reuelatorem confeſſionis, inductorem ad peccandum, & huiuſmodi, &c.

21 EXAM. Circa decimam, quæ eſt, quod ſit Secreta, peto. In quo conſiſtit hæc conditio?

Secreta in duob.

CONF. In duobus præcipuè. Primò ex parte confeſſoris, puta quia confeſſor tenetur celare ſecretiſſimè audita in confeſſione, vt diffuſè dictum eſt de ſigillo cap. 1. Secundo ex parte pœnitentis, puta quia pœnitens non tenetur confiteri publicè, ſed ſecretè, ac ob id non tenetur confiteri per nuntium, aut per interpretem, vel per ſcripturam.

EXAM. Circa vndecimam, quæ eſt lachrimabilis, peto. In quo hæc conditio conſiſtit?

22 *Lachrimabilis*

CONF. In hoc vno, videlicet, vt pœnitens habeat contritionem de peccatis, vel ſaltem attritio-

tritionem, vnde dicitur lacrimabilis non quod pænitẽs teneatur lacrimis corporeis, ideſt oculis lacrimare, ſed quod corde lachrimetur.

EXAM. Circa duodecimam, quæ eſt, vt ſit Accelerata peto, in quo hæc conditio conſiſtit? 23 *Accelerata in duobus.*

CONF. In duobus præcipuè. Primò, vt ſit accelerata ratione dubij, nempè quando pænitẽs dubitat, quod ſtatuto tempore non poterit cõfiteri ob penuriarum confeſſorum, aut ablongum iter peracturum. Secundo ratione propoſiti, nempè quod recognoſcens ſe eſſe peccatorem, acceleret propoſitum confitendi.

EXAM. Circa tertiamdecimam, quæ eſt, vt ſit Fortis, quæro? In quo iſta cõditiò conſiſtit? 24 *modis 3 ...*

CONF. In tribus præcipuè. Primò, vt ſit fortis circa pudorem. Secundò contra timorẽ. Tertiò contra demonem, ob quæ ſæpe ſępius propter puſillanimitatem, aut non confitentur, aut ſi confitentur aliquod peccatum, vel circũſtantiam relinquunt. *34us ... ptir nẽſui*

EXAM. Circa quartamdecimam, quæ eſt, vt ſit Accuſans. In quo hæc conſiſtit? 25 *Accuſans in trib.*

CONF. In tribus præcipuè. Primò, vt peccator non ſe excuſet. Secũdò, vt de ſuis proprijs peccatis ſe accuſet, & non de alienis. Tertiò, vt ſibi inculpet, & non carni, mundo, ſodalibus, diabolo, &c.

EXAM. Circa vltimam, quæ eſt Parere Parata. In quo conſiſtit hæc vltima conditio? 26 *Parere parata in vno*

CONF. In hoc vno, videlicet, vt pænitens ſit para-

poralem, ſecundum D.Tho.4.diſt.17.q.2.artic. 5.& 3.p.q.86.art.2.& etiam elicitur q.87.art. 4. Tertius eſt, quod delet, & caſſat aliquam partem pœnæ temporalis, Quartus eſt, quod aliquando tantum intenditur contritio, quod etiam totam pœnam delet, ſicut fuit in Maria Magdalena.

14 *Notandum de intēſione contritionis.* Nota, quod hæc intenſio cōtritionis ex duobus poteſt oriri. Primo ex charitate intenſa, quam habuit Magdalena, de qua dicitur, dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundo poteſt procedere ex dolore ſenſuali, qui dolor cum ſit quædam pœna, poteſt tantum intendi, quod ſufficiat ad deletionem culpæ, & totius pœnæ, vt patet de martiribus. Ex comp.Theol.lib.7.cap.24 & Nau.cap. 1.num.14.29.33.& 43.

QVARTVM CAPVT.

Examinis, erit circa Confeſſionem.

1 *Multiplix cōfeſſio.* EXA. QVIA (Reuerendæ pater) ad audientiam confeſſionis admitti cupis. Ideo circa ipſam confeſſionem ſermonem faciemus, & primo peto diuiſiuè. Quotuplex confeſſio reperitur?

CON.

CONF. Multiplex confeſſio reperitur. Vna quæ dicitur laudis. Altera, quæ dicitur fraudis, ſeu accuſationis, ex Diuo Auguſtino de verbis Euang. hom. 8. Et hæc fraudis eſt duplex. Vna, quæ dicitur mentalis, Altera, quæ dicitur vocalis. Et hæc item vocalis eſt duplex. Vna generalis, & altera ſpecialis, ſeu ſacramentalis.

EXAM. Quid eſt confeſſio laudis? 2

CONF. Eſt illa, qua Deum mente, vel ore laudamus, glorificamus, magnificamus, & de beneficijs gratias agimus, vt eſt illa. Confiteor tibi pater cœli, & terræ. Matth. 11. & vt ſunt multæ aliæ, quæ in Dauidico pſalterio continentur, vt confitemini Deo deorum, &c. *Quid cõfeſſio laudis.*

EXAM. Quid eſt confeſſio accuſationis mentalis? 3

CONF. Eſt illa, qua quis confitetur Deo, humiliter veniam petendo de delictis ſuis, & hæc confeſſio eſt de iure naturali. Iuxta illud pſalmi 21. dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino. &c. *Quid cõfeſſio fraudis.*

EXAM. Quid eſt confeſſio vocalis generalis? 4

CON. Eſt illa, quæ generaliter fit in prima: Completorio: In Miſſa, & quæ ſolet fieri in exordio, & fine confeſſionis, & hæc confeſſio non eſt ſacramentalis, ſed dicitur deprecatiua. *Quid cõfeſſio generalis.*

EXAM. Quid eſt confeſſio vocalis ſpecialis? 5

CONF. Eſt illa, quæ fit homini, ideſt proprio ſacerdoti habenti claues, & hæc eſt de iure Euãgelico, & dicitur confeſſio ſacramentalis. *Quid cõfeſſio ſpecialis.*

Nota hic, quod ante Chriſti Incarnationem ſufficiebat confeſſio mentalis, quia Deus non dum erat homo; ſed poſtquam Deus factus eſt homo, debet confeſſio fieri homini Chriſti Vicario. Circa ſupradicta vide comp theol. lib. 6. cap. 25. vide item Nau. cap. 1. num 2.

6 EXAM: Quid eſt confeſſio ſacramentalis? *Quid eſt confeſſio ſacramentalis.*

CONF. Multipliciter à diuerſis Doctoribus deſcribitur.

Secundũ Raym. aſſignatur hæc, Cõfeſſio eſt legitima corã ſacerdote peccatorũ declaratio.

Secundum Gregorium datur hæc, Confeſſio eſt peccatorum deteſtatio, & vulneris ruptio.

Secundum D. Auguſtinum adducitur hæc. Confeſſio eſt illa, per quam morbus latens, ſpe veniæ aperitur.

Secundum D. Antoninum talis elicitur. Cõfeſſio eſt ſcrutinium conſcientiæ, in quo ſacerdos ſcrutatur conſcientiam peccatoris, & peccator cum eo.

Secundum Magiſtrum datur hæc. Confeſſio eſt ſacramentalis quædam peccatorum accuſatio, ad indulgentiam virtute clauium Eccleſiæ obtinendam.

Secundum Doctorem Nau. cap. 3. num. 1. ſic deſcribitur, & pulchrè. Confeſſio eſt ſecreta peccatoris accuſatio de ſuis peccatis, coram proprio ſacerdote, vt ab illis ſacramentaliter abſoluatur. Vide ab eodem exactam huius deſcriptionis declarationem.

EXA.

EXAM. A quo fuit inſtituta ſacramentalis confeſſio? 7

Quis inſtituit cõfeſſionem ſacramentalem.

CONF. Non à Ioſue, vt quidam dixerunt. Non à B. Iacobo Apoſtolo, vt alij protulerũt; nam iſti non inſtitutores, ſed promulgatores fuerunt. Non item ab Eccleſiæ conſuetudine, ſed benè Eccleſia tempus præfixit. Non in Paradiſo terreſtri, vel aliqui exararunt, ſed à Chriſto Saluatore noſtro. Ratio eſt, quia nullus præter Deum poteſt inſtituere ſacramentum, neq; partem ſacramenti, vt ait D. Th 3 p. q. 64 ar. 2. & ab omnibus aſſeritur 4. diſt. 17 ſed confeſſio ſacramentalis eſt pars ſacramenti pænitentiæ, ergo à nullo alio potuit inſtitui, niſi à Chriſto. Imò in Conſ. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. can. 6. decretũ fuit, integram peccatorũ confeſſionem à Domino fuiſſe inſtitutam, & poſt baptiſmum lapſis iure diuino neceſſariam exiſtere. Vide Nauar. cap. 2. num. 3.

E X A M. vbi fundatur præceptum de confeſſione ſacramentali? 8

Loci in quibus fundatur confeſſio ſacramẽtalis.

CON. In duobus, aut tribus locis pręcipuè. Primo in illo Matth. 16. quando dixit Chriſtus Petro explicitè, & omnibus Apoſtolis in Petro implicitè. Quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cœlo.

Secundo. Matth. 18. quando dixit explicitè omnibus Apoſtolis Quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in cœlo, & quodcũ-

quę ſolueritis, erit ſolutum, &c.

Tertiò in illo Ioannis 20. quando dixit omnibus diſcipulis. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Id declarat Concil. Trid. ſeſſ. 14. can. 3. Vide Nau. cap. 2. num. 3.

De conditionibus confeſſionis.

9 *Sexdeci conditiones perſiſientes confeſſionem.*

EXAM. QVæ, & quot ſunt conditionis bonæ confeſſionis?

CONF. Sexdecim, quæ his verſibus cōtinētur

Sit ſimplex: Humilis: Confeſsio: Pura: Fidelis:
Atque Frequens: Nuda: Diſcreta: Libens: Verecunda.
Integra: Secreta: Lachrimabilis: Accellerata.
Fortis, & accuſans: & ſit parere parata.

Pro exacta declaratione harum conditionum vide Caiet. verb. conf. Nau. cap. 2. à num. 1. & maximè D. Tho. 4. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſtiuncula 4. & diuum Ant. 3 p. tit. 4. cap. 1. & 2.

10 *Sĩplex in duobus conſiſtit.*

EXAM. Circa primam conditionem, quæ eſt quod ſit Simplex, quæro, quid ſibi vult iſte terminus ſimplex? Seu in quibus conſiſtit ſimplicitas confeſſionis?

CONF. In duobus pręcipuè conſiſtit confeſſionis ſimplicitas. Primo, quod non ſit compoſita verbis artificioſis, ita vt peccata confeſſa à confeſſario non perpendantur ſecundum eorum grauitatem. Secunda, quod non ſit compoſita verbis generalibus, vt eſt confeſſio Fariſaica,

riſaica, nempè dicendo: Peccauimus, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus, &c. ſed oportet, quod ſit ſimplex, ideſt verbis ſpecialibus, imò indiuidualibus, nempè dicendo peccaui peccato homicidij, furti, &c.

EXAM. Circa ſecundam, quæ eſt, quod ſit humilis, peto quid ſibi vult hæc conditio humilis. Ideſt in quibus conſiſtit confeſſionis humilitas? 11 *Humilis in duobus.*

CONF. In duobus. Primo, quod pœnitens ſit humilis quo ad actus internos, nempè recognoſcens ſe eſſe miſerrimum peccatorem, ac venia indignum, &c. Secundò, quod ſit humilis quo ad actus externos, vt puta, vt confiteatur peccata ſua genibus flexis, capite diſcoperto, ac omni, qua decet reuerentia.

EXAM. Circa tertiam, quæ eſt, quod ſit pura peto. In quibus conſiſtit confeſſionem eſſe puram? 12 *Pura in trib.*

CONF. In tribus præcipuè. Primo. vt nõ ſit mixta rebus impertinentibus. Secundò, vt non ſit mixta alienorum peccatorũ, ſi propria ſine alienis exprimi poſſunt. Tertiò. quod ſit facta pura, & recta intentione, nẽpè, vt petat veniam à Deo, & vt faciet ſatis Deo, & Eccleſiæ, & non ob timorẽ iuſtitiæ, aut ob alias iniquas cauſas.

EXAM. Circa quartam, quæ eſt, vt ſit Fidelis. In quibus conſiſtit fidelitas confeſſionis? 13 *Fidelis in duob.*

CONF. In duobus præcipuè. Primo. vt pœnitens ſit verax quantum ad peccata mortalia

certa, nunquã antea legitimè confeſſa, & quantum ad eorum legitimas circunſtantias neceſſarias. Secundo, quod ſit etiam verax quantum ad peccata dubia, ideſt de quibus dubitat ſi ſint mortalia, nec nè, dixi mortalia, quia regulariter mentiri de venialibus non eſt pluſquam veniale, ex Soto 4. diſt. 18. q. 18. art. 4. dixi item regulariter, quia de venialibus mentiri animo illudendi, aut irridendi confeſſorem, aut confiteri tantum vnum veniale, quod non commiſit mentiendo, & nullum alium verum, eſt mortale, quia iniuria efficitur ſacramento, ex Nauar. cap. 6. n. 20. & cap. 21. nu. 37. & 38. licet Caiet. contrarium aſſerat. Dixi legitimè confeſſa, quia mentiri de mortalibus antè confeſſis non eſt mortale, ex eodem Nauar. vbi ſupra.

14 *Nuda ĩ vno.* EXAM. Circa quintam, quæ eſt, quod ſit Nuda, in quo conſiſtit nuditas confeſſionis?

CONF. In hoc vno videtur conſiſtere, nempè, vt non ſit veſtita verbis cooperientibus, aut alleuiantibus, ſeu obſcurantibus grauitatem peccati, quoniam, vt ſic non eſſet confeſſio, ſed confeſſionis ſimulatio.

15 *frequẽs in vno.* EXAM. Circa ſextam, quæ eſt, quod ſit frequens, peto. In quo conſiſtit frequentia confeſſionis?

CONF. In hoc vno tantum, nempè, ſi quis frequenter in peccatum labatur, frequẽter per confeſſionẽ ſurgat. vnde ſicut quis quoties infirmatur, toties ad medicum currit, ita pecca-

cor

tor, quoties per peccatum languet, toties per confeſſionem medeatur, peccatum enim infirmitas animæ eſt. 16

EXAM. Circa ſeptimam, quæ eſt, vt ſit diſcreta. In quo conſiſtit hæc conditio? *Diſcreta ī duobus.*

CONF. In duobus præcipuè. Primo, vt ſit diſcreta, quantum ad verba honeſta, prolata cum omni diſcretione, & honeſtate, ac modeſtia, Secundo quantum ad actus exteriores, nẽpè, vt ſit modeſtus, diſcretus, ac benè compoſitus ante oculos confeſſoris, & circunſtantium.

EXAM. Circa octauum, quæ eſt, vt ſit Libens, peto. In quo conſiſtit hæc conditio? 17

CONF. In duobus præcipuè. Primo, vt liberè efficiatur, abſque metu pœnæ temporalis, nẽpè inquiſitionis, Epiſcopi, &c. Secundò, vt efficiatur liberè, abſque metu pœnæ æternæ, ſed principaliter ob conſequendam animæ ſalutem. *Libens in duobus.*

EXAM. Circa nonam, quę eſt, vt ſit, Verecunda, peto. In quo conſiſtit iſta conditio? 18

CONF. In duobus præcipuè. Primo apud ſe ipſum, vt erubeſcat de peccato ſuo. Secundò apud confeſſarium, vt enarret peccata ſua cum erubeſcentia, & non quaſi iactando, aut fabulam narrando. *Verecũda in duobus.*

EXAM. Circa decimam, quæ eſt, vt ſit integra, peto. In quo conſiſtit iſta conditio? 19

CONF. In duobus. Primo, vt ſit integra de mortalibus certis, ac eorum circunſtantijs, & de cenſuris. Secundò, vt ſit etiam integra de *Integra in duobus.*

mortalibus dubijs, nempè de illis, de quibus dubitatur ſi ſint mortalia, nec nè.

20 *Tres caſus in quib nõ integra eſt valida.*

EXAM. Sunt nè aliqui caſus, in quibus confeſſio non integra ſit valida?

CONF. Etiam, & ſunt tres caſus. Primus, quando pænitens confitetur cui reſeruatum eſt peccatum, facta integra cum alio. Secundus, quando pœnitens facto diligenti examine ſuæ conſcientiæ obliuiſcitur aliquorum peccatorũ, vel alicuius circunſtantiæ. Tertius, quando pænitens reliquit, ſeu tacet aliquod peccatum, vel circunſtantiam, ob id, quia ſequeretur aliquod graue ſcandalum, aut periculum animæ, famæ, aut corporis. Aut quia verè putat confeſſorem eſſe reuelatorem confeſſionis, inductorem ad peccandum, & huiuſmodi, &c.

21 *Secreta in duob.*

EXAM. Circa decimam, quæ eſt, quod ſit Secreta, peto. In quo conſiſtit hæc conditio?

CONF. In duobus præcipuè. Primò ex parte confeſſoris, puta quia confeſſor tenetur celare ſecretiſſimè audita in confeſſione, vt diffusè dictum eſt de ſigillo cap. 1. Secundo ex parte pœnitentis, puta quia pœnitens non tenetur confiteri publicè, ſed ſecretè, ac ob id non tenetur confiteri per nuntium, aut per interpretem, vel per ſcripturam.

22 *Lachrimabilis in vno.*

EXAM. Circa vndecimam, quæ eſt lachrimabilis, peto. In quo hæc conditio conſiſtit?

CONF. In hoc vno, videlicet, vt pœnitens habeat contritionem de peccatis, vel ſaltem attritio-

tritionem, vnde dicitur lacrimabilis non quod pænitẽs teneatur lacrimis corporeis, ideſt oculis lacrimare, ſed quod corde lachrimetur.

EXAM. Circa duodecimam, quæ eſt, vt ſit Accelerata, peto, in quo hæc conditio conſiſtit? 23 *Accelerata in duobus.*

CONF. In duobus præcipuè. Primò, vt ſit accelerata ratione dubij, nempè quando pænitẽs dubitat, quod ſtatuto tempore non poterit cõfiteri ob penuriarum confeſſorum, aut ablongum iter peracturum. Secundo ratione propoſiti, nempè quod recognoſcens ſe eſſe peccatorem, acceleret propoſitum confitendi.

EXAM. Circa tertiamdecimam, quæ eſt, vt ſit Fortis, quæro? In quo iſta cõditio conſiſtit? 24 *moatis 3*

CONF. In tribus præcipuè. Primò, vt ſit fortis circa pudorem. Secundò contra timorẽ. Tertiò contra demonem, ob quæ ſæpe ſępius propter puſillanimitatem, aut non confitentur, aut ſi confitentur aliquod peccatum, vel circũſtantiam relinquunt. *3 tus 3 ptir nẽſu.*

EXAM. Circa quartamdecimam, quæ eſt, vt ſit Accuſans. In quo hæc conſiſtit? 25 *Accuſã. in trib*

CONF. In tribus præcipuè. Primò, vt peccator non ſe excuſet. Secũdò, vt de ſuis proprijs peccatis ſe accuſet, & non de alienis. Tertiò, vt ſibi inculpet, & non carni, mundo, ſodalibus, diabolo, &c.

EXAM. Circa vltimam, quæ eſt Parere Parata. In quo conſiſtit hæc vltima conditio? 26 *Parere parata in vno*

CONF. In hoc vno, videlicet, vt pænitens ſit para-

paratus ad ſatisfactionem imponendam à ſuo confeſſario hic, vel in purgatorio explendam. Harum conditionem declaratio, elicitur à Reuerendiſs. Caiet. verb. conf.

De circunſtantijs confeſſionis.

27 *Septem circunſtantiæ confeſſionis.*

EXAM. QVot, & quæ ſunt circunſtantiæ cõfeſſionis?

CON. Septem. Prima. Quis. Secunda. Quid. Tertia. Vbi. Quarta. Per quos. Quinta. Cur. Sexta. Quomodo. Septima. Quãdo, licet aliqui (vt Raymundus) addãt octauã, nempè Quoties. Sed multitudo, ſeu numerus peccatorum, & additio peccati ad peccatum. Nauarr. cap. 6. num. 2. & 3. vide D. Thom. 1. 2. q. 7. art. 3. & 4. diſt. 16. q. 3.

28 *Prima circũſtãtia cauſæ agentis principalis.*

EXA. Declara ſingulas circunſtantias quid ſibi velit vnaqueque?

CONF. Prima. ſcilicet: Quis? petit qualitatem, ſeu conditionem perſonę, nempè ſi peccãs ſit ſolutus, vel cõiugatus, religioſus, vel laicus, & hęc vocatur circunſtantia qualitatis perſonæ, vel circunſtantia cauſę principalis agentis.

29 *Secũda cãa materialis.*

Secunda. ſcilicet: Quid. petit ſpeciẽ peccati, naturam, ſeu qualitatem peccati, nempè ſi veniale, ſeu mortale, occultum, ſeu publicum, & vocatur circunſtantia ſpeciei peccati, vel circunſtantia cauſæ materialis.

30 *Tertia*

Tertia. ſcilicet. Vbi petit de loco, nẽpè ſi in

loco

loco ſacro, ſi in loco publico, & vocatur circũſtantia menſuræ loci. *menſura loci.*

31 Quarta, ſcilicet per quos petit de ſocijs, id eſt quibus auxilijs, nempè cum quibus mediatoribus, & vocatur circunſtantia medij, vel circunſtantia cauſæ inſtrumentalis. *Quarta cãa inſtrumẽtalis.*

32 Quinta ſcilicet Cur, petit de intentione, puta ſi intentione, & fine mortali, vel veniali, & vocatur circunſtantia cauſæ finalis. *Quinta cauſæ finalis.*

33 Sexta, Quomodo, quærit modũ, nempè ſi naturaliter, ſi contra naturam, vel alio turpi modo, & hoc ſpecialiter in peccato luxuriȩ, & vocatur circunſtantia modi. *Sexta modi.*

34 Septima, ſcilicet, quando, petit de tempore, nempè ſi tempore feſtiuo, vel tempore interdicto ab Eccleſia, vel Prælatis, & vocatur circunſtantia menſuræ temporis. Vide circa has circunſtantias D. Thom. 1. 2. q. 7. art. 3. *Septima mẽſura tẽporis.*

35 EXAM. Quæ circunſtantiæ ſunt neceſſario confitendæ? *Circunſtantia neceſſario confitendæ.*

CONF. Solæ illȩ, quæ mutant ſpeciem peccati, putà illæ, quæ mutant ſpeciem peccati venialis in peccatum mortale: vel ſpeciem vnius peccati mortalis, in aliam ſpeciẽ peccati mortalis: vel quod eſt mortale vno reſpectu, ſit etiam tale altero reſpectu, & vniuerſaliter omne id, quod facit, opus quod de ſe eſt bonum, ſit malum mortaliter, Ex D. Thom. 4. diſt. 16 q. 6. art. 2. quæſtiuncula 3. & Nau. cap. 6. num. 3. & 4. à num. 6.

Nota

Nota Concil. Triden. Nota quod Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. can. 7. deffiniuit eum eſſe hæreticũ, qui dixerit peccatorem non teneri ad confitendum circunſtantias ſpeciem mutantes, quod non eſt intelligẽdum de circũſtantia, quæ mutat ſpeciem vnius venialis in aliud veniale, ſed vt ſupra dictũ eſt.

38 *Triplex circunſtãtiarum genus.* Vel ſic reſpondeas ad quęſitum, clarius, & diſtinctius, quod circunſtantiæ ſunt in multiplici differentia. Quædam ſunt impertinentes: Quædam ~~extenuantes, ſeu~~ diminuentes, vel ~~alleuiantes~~: & Quædam dicuntur agrauantes. Aut ergo, quæris de circunſtantijs impertinentibus. Aut alleuiantibus. Aut agrauantibus.

39 *Quid circunſtantia impertinens.* EXAM. Quia hanc exaraſti diſtinctionem, ob id quæro primo. Quid eſt circunſtantia impertinens?

CONF. Eſt illa, quæ nec auget, nec minuit grauitatem peccati, vt furari manu deſtra, vel ſiniſtra, fornicari cum iuuene, vel ſene, cum pulchra, vel turpi, &c. ob id enim quia fornicatio committitur cum iuuene, vel ſene, turpi, vel pul chra, &c. non augetur, nec minuitur peccatum fornicationis, Nau. cap. 6. num. 3.

40 *Si circũſtantia impertinens ſit neceſſario confitenda.* EXAM. Circunſtantiæ iſtæ impertinẽtes ſunt neceſſario confitendæ?

CONF. Nullus tenetur circunſtantias impertinentes confiteri. Imò non ſunt omninò cõfitendæ, quia iſtas confiteri, eſt non obſeruare tertiam conditionẽ confeſſionis, quæ eſt, quod ſit pura, ideſt qđ nõ ſit admixta impertinẽtium.

Hinc

Hinc dicuntur impertinentes, quia ad confeſſionem nullatenus pertinent. Nauar. vbi ſupra corollario primo.

EXAM. Quæro. Secundo quid eſt circunſtātia alleuians, ſeu extenuans, vel minuens? *Quid circunſtantia alleuians.*

CONF. Eſt illa, quæ minuit peccatum, aut in eadem ſpecie, vel in diuerſa ſpecie.

EXAM. Circunſtantiæ minuentes ſunt neceſſario confitendæ, nec nè? 42 *Quæ alleuians eſt neceſſario cōfitendi.*

CONF. Circunſtantiæ Minuentes ſunt in duplici differentia, quædam ſunt minuentes in diuerſa ſpecie, quia taliter minuunt, quod de mortali faciunt veniale, vel neq; etiam veniale, vt non ieiunare in vigilijs, in Quadrageſima, &c. quia erat infirmus, quia erat laciens, quia laborator, &c. Si loqueris de iſtis. Dico, quod ſunt neceſſario confitendæ. Ratio eſt, qđia pænitens relinquens tales circunſtantias ſe accuſaret pluſquam deberet, quod non eſt licitum, ſed peccatum. Imò iſtas non confiteri, eſt facere contra quartam conditionem, quæ eſt, quod ſit fidelis, ideſt verax, qui enim ſe accuſat, de quo non fecit, mendax eſt. Quædam ſunt minuentes taliter, quod relinquunt peccatum in propria ſpecie, ſiue minuās multum, ſiue parum, vt homicidium commiſi, quia fui vocatus, quia volui vlciſci de iniurijs, fornicationem feci, quia fui prouocatus à muliere, &c. Si loqueris de iſtis dico, quod nō ſunt confitendæ, quia confeſſio iſto modo facta, eſſet potius excuſatio,

quam

quam accuſatio,ac ob id,eſt facere cõtra quintamdecimam conditionem eius, quæ eſt, quod ſit accuſans id eſt non excuſans. Nau.c.6. nu. 6.

41 *Quid circunſtantia aggrauans.*

EXAM. Quęro tertio,quid eſt circunſtantia agrauans?

CONF. Eſt illa, quæ auget grauitatem peccati, vel in propria,vel in diuerſa ſpecie,finitè, vel infinitè.

EXAM. Circunſtantiæ aggrauan[illegible]nt neceſſario cofitendæ?

42 *Quæ agrauantes ſunt neceſſario confitenda.*

CONF. Aut loqueris de circunſtantijs agrauantibus in eadem ſpecie, puta furari centum, grauius eſt,quã furari decem,& grauius eſt per annum exercere vſuram, quam per menſem. Tũc dico,quod non ſunt neceſſario confitendæ; ſecundũ D.Th 4.diſt.16.q.3 art.2. cum Nauar. c.6.num.7. Iſtarum tamen confeſſio nè dum eſt laudabilis, verum etiam vtilis. Quædam ſunt agrauantes in diuerſa ſpecie,ſed non infinitè,& hoc eſt quando tales circunſtantiæ mutant ſpeciem vnius venialis in aliud veniale. Si loqueris de iſtis, dico quod non ſunt neceſſario confitendæ, quia ſicut nullus tenetur de venialibus confiteri, ita neque de eorum circunſtantijs tenetur. Quædam ſunt agrauantes in infinitum, in diuerſa ſpecie. Si loqueris de iſtis, dico quod ſunt neceſſario confitendæ.

Et iſtæ circunſtantiæ agrauantes infinitè in diuerſa ſpecie ſunt in triplici differentia. Quædam faciunt de bono malum mortaliter,

vel

vel de veniale mortale, vt dare eleemoſynam eſt de ſe bonum, ſed dare ob inanem gloriam, vel ob fornicationem faciendam, eſt mortale. Ita quod mutatur opus bonum, ob circunſtantiam finis in opus malum mortaliter. Quædam faciũt de mortali vnius ſpeciei, mortale alterius ſpeciei. Vt fornicari eſt mortale vnius ſpeciei cum ſoluta, fornicari verò cum coniugata, eſt alterius ſpeciei, ob circunſtantiam perſonę, illud ſpeciei ſimplicis fornicationis, iſtud ſpeciei adulterij, ſic etiam furari eſt mortale vnius ſpeciei, furari verò rem ſacram eſt alterius ſpeciei, ob circunſtantiã rei ſacræ. Quædã faciunt, quod eſt mortale ob vnam cauſam, fiat etiam mortale ob aliam cauſam, vt non ieiunare in vigilijs eſt mortale ob iſtam cauſam, quia eſt pręceptum de ieiunando in vigilijs, &c. non ieiunare verò cum iſta circunſtantia finis, vt melius fornicetur, eſt mortale ob aliã cauſam, nempẽ ob circunſtantiam finis.

Quid ſibi vult aggrauare infinitè, ſeu in infinitum.

Eſt efficere aliquod, ob quod receditur ab infinito bono, nempè à Creatore, ſecundum D. Tho 4.d.15.& 3.p.q.85.& 86.art.4. Iſte receſſus efficitur ob mortale peccatum, non autem ob veniale, quandoquidem veniale non conſiſtit in auerſione à Deo, ſed in conuerſione ad creaturã inordinatè, formalitas verò mortalis culpę in auerſione à Deo cõſiſtit, ex codẽ vbi ſup. 43 *Quid ſit agrauare finitè, vel infinitè*

Quo

46 Quo tpe homo tenetur de neceſſitate cõfiteri?

De tẽpo re, quo quis ad cõfeſſionem obligatur. In duobus temporibus tenetur ſub culpa ſe thalis confiteri. Primum tempus eſt, ſecundum ius diuinum, & eſt quando homo eſt in probabili periculo mortis. Secundum tempus eſt, ſecundum determinationem Eccleſiæ, & eſt quod homo tenetur ſemel in anno, vt habetur in cap. omnis vtriuſque ſexus, Caiet. verb. confeſſ. conditione 13.

Nota hic, quod ſunt plures caſus, in quibus homo tenetur pluries, quam ſemel in anno cõfiteri ſub pæna mortalis culpæ. hos caſus habes cap. 4 huius libelli, ideò vide ibi.

47 EXAM. Sunt nè aliquæ perſonæ, qui ſpecialibus præceptis obligentur pluries, quàm ſemel in anno confiteri, etiam extra illos caſus?

Quæ pſonæ tenentur duodecies in anno cõfiteri. CONF. Vtique. Nempè Religioſi Sancti Benedicti tenentur ſemel in menſe, videlicet duodecies in anno, & hoc iure antique, clemen. ne in Agro, §. ſanè de ſtatu Monach. Imò Reuerend. Caiet. propter dictam Clementinam opinatur, quod etiam prædicti Monachi tenentur ſingulis menſibus venialia confiteri quãdoquidem ibi abſolutè, & ſimpliciter habetur, vt ſingulis menſibus ad Confeſſionem accedant, & non dicitur ad Confeſſionem mortaliu m. At

Contra Caiet. hæc opinio (pace tanti viri) eſt nimis rigida, & non eſt ſecundum ſenſum Clementinæ (niſi intelligat de bono conſilio.) Quoniam ſermo quilibet intelligendus eſt ſecundum ſubiectam mate-

materiam, ſed ſubiecta materia eſt ſacramentalis Confeſſio, ergo ad id obligat Clementina, quod neceſſariò includitur ſub ſacramentali Confeſſione; At venialia non neceſſario includuntur ſub Confeſſione ſacramentali, ergo de illis non intelligit. Imò quia nullus homo poteſt mutare materiã, aut aliquã partẽ eſſentialem ſacramenti, & materia neceſſaria huius ſacramenti (vt omnes Doctores affirmãt) ſunt mortalia peccata, & non venialia, ob id ſequitur, quod Clementina id non intelligat, quia faceret venialia peccata eſſe matetiam neceſſariam huius ſacramenti.

Item ad idem tenentur omnes Moniales cuiuſcunque ordinis, nempè tenentur fateri peccata ſua mortalia ſemel in menſe, & hoc iure nouo Con. Trid. ſeſſ. 25. c. 10. cuius verba hæc ſunt. Attendant diligenter Epiſcopi, & cæteri ſuperiores Monaſteriorum Sancti monialium, vt conſtitutionibus earum admoneãtur ſancti moniales, vt ſaltem ſingulis menſibus Confeſſionem peccatorũ faciant, (intellige mortaliũ) & Sacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant, &c. Hinc ex verbis Con. elicitur etiã veritas prædicta, quoniam ante ſumptionem Euchariſtiæ requiritur de neceſſitate Confeſſio mortaliũ, & nõ venialiũ, ac ob id ſequitur, quod prædicti Religioſi, & Sanctimoniales non tenentur ſub pœna mortalis culpæ ſemel in menſe venialia confiteri, ſed tantum mortalia.

QVINTVM CAPVT.

Examinis erit de Materia, Forma, Miniſtro, & effectibus Confeſſionis.

QVIA in omni ſacramento reperitur ſua Materia, & ſua Forma quibus neceſſariò cõſtat, & ſine quibus nullũ perficitur ſacramentũ, ob id Reu. Pater ſermonem faciam de Materia Confeſſionis, eiuſque forma, &c. & primo peto.

1 *Materia Cõfeſſionis duplex.*

EXAM. Quæ nam eſt materia Confeſſionis? Ideſt de quibus homo tenetur confiteri?

CONF. Materia Cõfeſſionis poteſt eſſe duplex. Vna neceſſaria, & altera ſufficiens, ſeu legitima. Si quæris de materia neceſſaria, dico quod ſunt peccata mortalia, certa, vel dubia, ac eorum circunſtantiæ ſpeciem mutantes. Ita quod homo tenetur ſub pęna peccati mortalis cõfiteri de omnibus peccatis mortalibus, & ea de quibus dubitatur, ſi ſint mortalia nec nè, cum ſuis neceſſarijs circunſtantijs. Ex Caiet. Verb. Conf. conditione quarta, & verbo Contritio. Tenetur etiam de cenſuris, & irregularitatibus confiteri. Si vero quæris de Materia legitima, ſeu ſufficienti, dico quod ſunt peccata ve-

ta ve-

ta venialia,quia ſufficienter, & legitimè poteſt abſolutio fieri ſuper venialia.

EXAM. Tenetur nè non habens mortalia de venialibus confiteri, ſaltem ſemel in anno? 1

Tres opiniones ſi tenetur, quis de veniali bus cōfiteri.

C O N F. Circa hoc quæſitum ſunt tres opiniones Doctorum. Prima eſt Riccardi 4. d. 17. q.4.art.2.& D.Bona.eadem diſt.1. 2. ar. 2.q.1. dicentium. Non habentem mortale, teneri de venialibus cōfiteri,propter Eccleſiæ præceptū. Sed hæc opinio(ſalua eorum pace) non eſt vera, quandoquidem nullum ſacramentum eſt directè contra veniale, ſed contra mortale, vt clarè aſſerit D.Th.3.p. q.6. art.1. Imò ſpecialiter loquens de ſacramento pœnitentiæ dixit, pœnitentiæ ſaramentum non eſt contra venialia inſtitutum, q.84.art.2.

Contra Ricc. & Bon.

Secunda opinio eſt Alexandri 4.p. q.77. mēbro primo dicentis, quod homo quantuncunque perfectus, nullam habēs peccati mortalis, aut venialis conſcientiam, tenetur confiteri, non quidem præcepto diuino, ſed ob præceptū Eccleſiaſticum. Hinc (credo) ortum fuiſſe illud fabuloſum dictum, atq; ridiculoſum, Mariam Virginem Deiparam ſolitam fuiſſe confiteri Ioanni Euangeliſtæ. Sed hæc opinio (ſalua pace)non eſt vera,& ratio eſt, quia Canon. præcepti non loquitur abſolutè, & ſimpliciter. Omnis vtriuſque ſexus tenetur confiteri, ſed loquitur reſtrictè,nempè tenetur confiteri omnia peccata ſua,ergo nō obligat eum, qui pec-

Contra Alex.

cata non habet. Præterea, vbi nulla eſt infirmitas, ibi nulla eſt neceſſaria medicina, non enim valẽtibus opus eſt medicus, ſed malè habentibus, at cum peccatum ſit quædam animæ infirmitas, & confeſſio medicina, ergo vbi non erit peccatum, ibi non erit neceſſaria Confeſſio. Præterea (bonè Deus) ſi Confeſſio ſacramentalis (vt ex omnibus ſuis definitionibus à Doctoribus allatis patet (pręſupponit in pœnitente peccatum, vt quid non habens peccatũ ad Confeſſionem tenetur? niſi de Confeſſione laudis hoc intelligeretur.

Vera opinio. Tertia opinio eſt ferè omnium Doctorum 4. d.16. Confirmata ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. can. 7. quæ ait, quod hoc præceptum de Confeſſione non includit venialia, etiam ſi ſint mixta mortalibus. Verba Con. hæc ſunt. ſi quis dixerit ſacramentum poenitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia, &c. Anatheme ſit dixit peccata mortalia, & non venialia, ideo ex vi concilij nullus tenetur venialia confiteri.

Præterea hæc veritas habetur ex Canone Eccleſiæ. Omnis vtriuſque ſexus, vbi dicitur omnis vtriuſque ſexus confiteatur proprio ſacerdoti: ergo de illis peccatis intelligit Canon, quæ requirunt proprium ſacerdotem, ſed venialia non habent proprium ſacerdotẽ, quia quilibet poteſt ea confiteri cui voluerit: ergo

venia-

venialia non cadunt ſub præcepto.

Præterea ſecundum Caiet. 3. p. q. 65. art. 2. in reſp. ad ſecundū. Neq; ſemel in anno tenetur confiteri non habens peccata mortalia, & ratio eſt quoniam nullus cōprehenditur ſub præcepto Eccleſiæ, qui non cōprehēditur ſub præcepto diuino, ſed præceptum diuinum nō obligat ad Confeſſionē, hominem, non habentem mortale, ergo neque Eccleſia ad id adſtringit. Et cōfirmatur hæc veritas, quia nullum ſacramentum directè eſt contra venialia. Vide Sotum 4. d. 18. q. 1. art. 3.

EXAM. Eſt nè vtile venialia confiteri? 3

Vtile eſt venialia cōfiteri.

CONF. Maximè. Primo, quia per id gratia augetur. Secundo. poena purgatorij minuitur. Tertio. propoſitum nunquam mortaliter peccandi renouatur. Quarto. habitus venialiter peccandi infirmatur. Vide Nau. vbi ſup. ex ſyl. verb. Conf. 1. q. 4. §. 3.

EXAM. Qua ætate homo tenetur ad Sacramentalem confeſſionem? Ideſt quot annos, debet habere, vt ad Confeſſionem obligetur? 4

Qua ætas obligat ad Cōfeſſionem.

CONF. Ea ætate, qua peruenit ad annos diſcretionis, ideſt cum homo peruenerit ad vſum rationis.

EXAM. Qui dicitur annus diſcretionis? 5

Quid annus diſcretionis.

CONF. Dico, quod non eſt annus duodecimus, vel quartus decimus (vt quidam leuiter exararunt) ſicut ad contrahendum matrimonium, ſed talis annus diſcretionis regulariter

incipit à ſeptimo anno, quia à ſeptimo anno (vbi deſinit infantia,& incipit pueritia) pueri ſunt doli capaces,& inter bonum & malũ incipiunt diſcernere, & conſequenter peccare, ac ob id ad Confeſſionem (ſaltem iure diuino) teneri, tamen bene verum eſt Eccleſiam ſuis cẽſuris ante duodecimum annum, vel quartũdecimum neminem ad confeſſionẽ obligare.

De peccato.

EXAM. QVIA concluſum eſt peccatum mortale eſſe neceſſariam materiam Confeſſionis,& da hoc tota Confeſſio negotiatur,ob id peto, quid eſt peccatum?

CONF. Secundum doctores dantur de eo plures deſcriptiones, & præcipuè quatuor ſecundum quatuor genera cauſarum.

7 EXAM. Da definitionem ſecundum genus cauſæ materialis?

Prima peccati diffinitio per cauſam materialem. CONF. Secundum D.Aug. talis datur. Peccatum eſt dictum, vel factum, ſeu concupitum contra legem æternam, vel ſic. Peccatũ eſt non dictum, non factum, ſeu non concupitum ad Dei laudem,& proximi vtilitatem.

EXAM. Da definitionem ſecundum genus cauſæ formalis?

8 *Secũda per cauſã formalem.* CONF. Secundum D.Ambroſ. datur hæc. Peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ, & inobedientia præceptorum Dei.

EXA. Da aliã ſecundũ genus cauſæ efficiẽtis?

CONF.

CONF. Secundum eundem Aug. talis aſſi- 9
gnatur. Peccatum eſt voluntas retinendi, id *Tertia*
quod iuſtitia vetat. *per cau*

EXAM. Exhibe aliam ſecundum genus cau- *ſam fi-*
ſæ finalis? *nalem.*

CONF. Secundum Theologos, & præcipuè 10
ſecundum D. Auguſt. & D. Tho. ſic deſcribitur. *Quarta*
Peccatum eſt auerſio ab incommutabili bono *per cau.*
(ideſt à Creatore) & conuerſio inordinata ad *ſam fi·*
commutabile bonum, ideſt ad creaturam. *nalem.*
Aliam prolixam diffinitionem tradit Nauarr. prælud. 9. num. 7. quæ potius eſt lectio, ſeu Homelia, quàm definitio. ſi tibi placuerit videas, quoniam quidem pulchra eſt.

Nota primo, quod in peccato mortali duo 11
ſunt. Vnum ſcilicet auerſio ab incommutabili *Not. 1.*
bono, & alterum conuerſio ſcilicet ad commutabile bonum; ex parte auerſionis ipſum peccatum mortale conſequitur reatus pœnæ æternæ, ideſt homo per peccatum mortale in quantum auertitur à creatore punitur pœna æterna, vt qui contra bonum æternum peccauit, in æternum puniatur. Ex parte verò conuerſionis, non conſequitur reatus pœnæ æternæ, ſed reatus alicuius pœnæ, quia talis conuerſio ad bonum commutabile eſt finita, ac ob id nõ debetur pœna æterna. Vnde peccatum ſi eſt ſine auerſione (vt eſt in peccatis venialibus) debetur ei pœna temporalis, hæc ex D. Thom. 3. p. q 85. art. 4.

12 *Not.2.* Notandum. Secundo, quod auerſio eſt ſicuti formale, conuerſio verò eſt ſicut materiale, remoto formali ab aliquo remouetur ſpecies, ſicut remoto rationale ab homine, remouetur ſpecies humana, non tamen ſic eſt ſi remouetur materiale. Ideò cum per gratiam tollatur auerſio mentis à Deo, remouetur ſimul reatus pœnæ æternæ, poteſt tamen remanere reatus pęnæ temporalis, D. Tho. vbi ſupra ad primũ.

13 *Quotuplex peccatũ reperitur.* EXAM. Quotuplex eſt peccatum?

CONF. Secundum Doctores peccatum multipliciter diuiditur, & pręcipuè ſecundum quatuor genera cauſarum.

EXAM. Quotuplex eſt ſecundũ genus cauſæ materialis.

14 *Prima diuiſio per cauſam materialẽ.* CONF. Triplex. Vnum dicitur peccatũ cordis. Secundum dicitur oris. Tertium dicitur operis, hæc ſecundum Hier. ſuper Amos, vel ſic ſecundum D. Aug. in ſerm. de morte. Vnum cogitationis: alterum locuutionis, & alterum operationis, quæ diuiſio in idem reddit cum illa Hieronymi: Vel ſic ſecundum Iſiodorum libro de ſummo bono. Vnum eſt contra Deũ, aliud cõtra proximũ, & aliud contra ſe ipſum.

15 *Secũda per cauſam efficiẽtem.* EXAM. Quotuplex eſt ſecundum genus cauſæ efficientis?

CONF. Triplex. Vnum eſt peccatum ex impotentia contra patrem. Secundum ex ignorantia contra filium. Tertium ex malitia contra Spiritum Sanctum. Vel ſic ratione annexi.

Pecca-

Peccatum eſt duplex, vnum ex timore malè humiliante. Aliud ex amore malè accedente. Ideſt homo potius vult peccatum committere, quàm amato carere, & malum quod timet incurrere.

EXAM. Quotuplex eſt ſecundum cauſam formalem. 16 *Tertia per formalem.*

CONF. Hæc diuiſio poteſt multipliciter aſſignari. Primo ſecundum qualitatẽ, & ſic peccatum eſt duplex, quoddam carnale, & quodam ſpirituale. Secundo ſecundum quantitatem, & ſic eſt duplex, quoddãeſt mortale, & quoddam eſt veniale. Diuus Th. 1.2.q.72.ar.5. Tertio ſecundum relationem, & ſic eſt duplex. Vnum originale, & alterum actuale, relatiuè enim refertur actuale ad originale.

EXAM. Quotuplex eſt ſecundum genus cauſæ finalis. 17 *Quarta per cauſam finalem.*

CONF. Poteſt hæc diuiſio dupliciter aſſignari. vno modo ex parte hominis appetentis peccatum, & ſic eſt ſeptuplex, ſecundum quod ſunt ſeptem peccata capitalia, hæc ſecundum Greg. lib.3. Morali cap.31. Alio modo ex parte rei appetitæ, vel appetibilis, & ſic eſt triplex. Primum eſt concupiſcentia carnis. Secundum, eſt concupiſcentia oculorum. Tertium eſt ſuperbia vitæ, hæc ſecundum D. Ioannem. Omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia, &c. Pro his definitionibus, & diuiſionibus vide Compe. Theol. cap. 1. lib. 3. quoniam ibi plura

& pul-

& pulchrè habentur de peccato.

18 *Sūma diuiſio nū peccati.* Diuiſiones peccatorum in ſumma ſic poſſunt adunari. Peccatorum aliud originale, & aliud actuale. Secundo vnum mortale, & aliud veniale. Tertio, vnum carnale, & alterum ſpirituale. Quarto. aliud cogitationis, aliud locutionis, & aliud operationis. Quinto. vnum contra Deum, alterum contra proximum, & alterum contra ſe ipſum. Sexto. Aliud ex impotentia, aliud ex ignorantia, & aliud ex malitia: Septimo. aliud eſt concupiſcentia carnis, aliud concupiſcentia oculorũ, & aliud ſuperbia vitæ, Octauo. aliud eſt ſuperbia, aliud auaritia, &c. ſecundum numerum peccatorum capitalium, ad quæ omnia peccata reducuntur, tanquam ad capita, & ad fontes, ſeu origines peccatorũ.

19 *Differētia inter mortale, & veniale* EXAM. Quomodo differt peccatum mortale à veniali?

CONF. Multipliciter differunt. Primo ſic, Mortale ſeparat nos à Deo totalitér, quia per mortale omninò mens auertitur à Deo, per veniale nõ fit perfecta ſeparatio, ſed imperfecta, quia ob veniale mens hominis non auertitur à Deo, ſed retardatur affectus eius, nè pronte in Deum feratur: ſecundum D. Thom. 3. p. q. 87. art. 1.

Secundo, mortale contrariatur gratiæ, & eã excludit, veniale verò non cõtrariatur gratiæ, & charitati, neque eam excludit, quoniã ſtant ſimul, ſed eam minuit, & infrigidat D. Tho. vbi

ſupra

ſupra q.86.art.3.& q.87.artic.2.

Tertio. mortale formaliter dicitur auerſionem à Creatore,non autem ſic veniale. D.Th. vbi ſupra.

Quarto veniale eſt libido,ſiue voluptas in creatura citra Deum, mortale verò eſt libido, ſeu voluptas in creatura ſupra Deum, vel æque Deo.

Quinto. ſecundũ aliquos, & maximè ſecundum D.Th.mortale eſt contra Deum, veniale verò eſt pręter Deum,licet Nau.oppoſitum teneat,cum Durando 2.d.3.prælud.7.num.16.& prælud 9.num.7.dicens, etiam veniale eſſe cõtra Deum, ſed vtraq; opinio vera eſt diuerſimodè intellecta,prima enim opinio D.Tho.1. 2.q.88.ar.1.& Caiet.ibidem, & verb. peccatũ, & D.Bonau.2. d.42. intelligitur de contrarietate perfecta. Iſta ſecunda opinio Durandi, & Nau.intelligitur de contrarietate imperfecta, & ſecundum quid,quæ contrarietas conſiſtit in differentia vitæ æternæ, & non impedienda.

Sexto.mortale eſt quando committitur aliquid quod eſt contra præceptum Dei; vel Eccleſiæ, vel ſuperioris, quod eſt de neceſſitate ſalutis;vel eſt contra votum publicum, vel priuatum:vel contra iuramentum ritè factum. Veniale non ſic.

Secũda differentia inter mortale & veniale.

Vel ſic reſpondeas. Mortale à veniale quadrupliciter d ffert.Primo.ſecundum ſubiectum in quo reperiuntur. Secundo ſecundum af-

fectum

fectum erga quem diriguntur. Tertio ſecundum effectum, quem producunt. Quarto. ſecundum Reatum, quo puniuntur. Primo. differunt ſubiecto, quia veniale eſt in ſenſualitate. Mortale verò in ratione. Secundo. differunt affectu, quia mortale dicit dilectionem creaturæ ſupra Deum, vel æquè Deo, veniale verò dicit dilectionem creaturæ infrà Deum. Tertio. differunt effectu, quia mortale priuat gratiam, veniale verò non, licet eam infrigidet. Quarto. differunt reatu, quia mortale facit reum pęna æterna, veniale verò pæna temporali, hæ differentiæ dantur à D. Th. in quæſtionibus de malo, quæſtione ſeptima ar. 1.

21 EXAM. Dantur nè aliquæ Regulæ, quibus Confeſſarius poſſit dignoſcere mortale, & veniale?

Decem Regulæ pro mortali.

CONF. Maximè & ſunt decem Regulæ vniuerſales, quibus cognitis, facile dignoſcitur mortale, & veniale. Prima regula talis eſt. Ponere vltimum finē in creatura, & non in Creatore, eſt mortale peccatum. Ponere vltimum finē in creatura ideſt delectari, ſeu frui creatura ideſt velle permanere ſemper hic cum creatura, nil curans de æterna beatitudine. Aut credere totum bonum hominis eſſe in creatura, putà totum bonum hominis conſiſtere in delectatione carnis, diuitiarum, &c. Hæc regula datur à Sancto Doctore, 2. 2. q. 55. ar. 2. & ſecundum omnes.

Regula prima.

Secun-

Secunda regula. Quod contrariatur charitati, eſt mortale, hæc regula elicitur à D. Th. 2. 2. q. 24. ar. 12. Charitas duplex eſt ſecundũ quod diligenda ſunt duplicia, vna eſt erga Deũ, altera erga proximum, ſecundum illud Matth. 22. diliges dominum Deum tuum, &c. Agere contra charitatẽ Dei, & proximi ſemper eſt mortale. Ille inquam agit contra Dei charitatem, qui non ſolum Deum offendit in ſuis mandatis, ſed qui aliquod amat ſupra ſeipſum, aut æque illi, quia cum Deus ſit ſummum bonum, ſummè diligendus eſt: Ille agit contra proximi charitatem, qui agit, loquitur, aut cogitat aliquid quod eſt in eius notabili detrimento, aut aliq minus diligibile plus illo diligit, vnde D. Auguſt. de Doctrina Chriſtiana, loquens de ordine diligendorum ſeruando dicit, quod primo diligendum eſt id quod eſt ſuprà nos, ideſt primo diligendus eſt Deus, qui eſt ſuper omnia, ſecundo, quod nos ſumus, ideſt diligenda eſt anima noſtra. Tertio. quod iuxta nos eſt, ideſt anima proximi. Quarto. quod infra nos eſt, ideſt corpus proximi, diligens ergo temporalia, vel corpus noſtrum pluſquam animam proximi, mortaliter deliquit, quia quanto plus, quis habet de bonitate, tanto plus debet habere de diligibilitate, at quia bonitas animæ proximi excedit bonitatem corporis proprij, ideò plus debemus diligere animam proximi, quàm corpus noſtrum. *Secũda regula.*

Digitized by Google

Tertia regula. Tertia regula Agere contra præcepta Dei; vel naturæ: Vel Eccleſiæ: vel ſuperioris circa ea, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, corde, ore, vel opere, eſt mortale, de primo habetur in pſ. Maledicti, qui declinãt à mandatis tuis, & cæteris in locis, de ſecũdo habetur Matth. 7. quod tibi non vis &c. de tertio habetur Matth. 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquàm Ethnicus, & Publicanus, De quarto habetur Paul. qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.

Quarta regula. Quarta regula. Facere contra conſcientiam, eſt mortale. Iuxta illud omne, quod eſt contra conſcientiam ædificat ad gehennam, facere cõtra conſcientiam eſt facere aliquid, quod eſt contra eius dictamen per modum præceptionis, vel prohibitionis, non autem per modum conſilij, ſiue ſuaſionis.

Conſcientia tripliciter ſolet dictare. Aut id quod eſt ſecundum legem Dei. Aut id quod eſt præter legem Dei: Aut ad id quod eſt contra legem Dei, quando conſcientia dictat facere id quod eſt ſecũdum legem Dei præceptiuam, vel prohibitiuam & id non efficitur, eſt mortale, quia conſcientia hoc modo dictans ligat ſimpliciter. Quando dictat facere, quod eſt præter legem Dei, tenetur homo, aut deponere talem conſcientiam, aut quod ipſa dictat adimplere, quia conſcientia hoc modo dictãs ligat, quandiu manet. Quando verò dictat facere, quod eſt contra legem Dei, tunc non ligat ad facien-

faciendum, vel non faciendum, ſed ligat ad deponendum talem conſcientiam, quia eſt erronea errore repugnante diuinæ legi; nam ſiue faciat, ſiue nō, peccat mortaliter. Si facit quod conſcientia dictat, cum illud ſit contra legem Dei, & agere contra legem Dei ſit mortale, abſque dubio peccat mortaliter. Si verò facit oppoſitum eius, quod conſcientia dictat, ipſa manente, adhuc mortaliter peccat, nō ratione operis, quod facit, ſed quod malo modo facit, facit enim incontemptum Dei, dum credit (dictante conſcientia) per hoc Deo diſplicere, quāuis Deo placeat, ſecundū D. Bonau. 2. d. 39.

Quinta regula. Conſenſus in peccatum, vel in delectationem peccati mortalis, eſt mortale. Talis conſenſus, vel delctatio poteſt eſſe triplex, vel plenus, vel ſemiplenus, vel interpretatiuus. Plenus eſt quando placet delectatio peccati, & operis conſumatio ſi adeſſet facultas. Semiplenus eſt quando placet delectatio, ſed diſplicet operis conſumatio. Interpretatiuus eſt quando vtrunq; diſplicet, ſed ratio aduertens periculum delectationis non repellit, imò ſinit mentē in talibus reuolui cogitationibus, quo caſu peccat homo, quia cū tenetur ratione repellere talem delectationem non cōpeſcit. primus, & ſecundus cōſenſus eſt peccatū mortale. tertius verò regulariter eſt veniale peccatū, maximè quando delectatio non ſurgit ex opere nefario ex D. Bon. 2. d. 19. ar. 1. q. 2. *Quinta regula.*

Sexta

Sexta regula. Sexta regula. Exponere ſe periculo peccati mortalis, eſt mortale. Iuxta illud, qui amat periculum peribit in illo, ex D.Th.2.2.q.90.& D. Bonau 4 d.17. vt ſi quis dubitat, quod bibendo vinum inebriatur, & poſtea bibens inebriatur, mortaliter peccat, quia ſe expoſuit periculo peccati mortalis, voluntariè ſe priuans vſu rationis.

Septim. regula. Septima regula. Præſtare fauorem peccato mortali eſt mortale, ſecundum illud Pauli ad Rom. 1. digni ſunt morte non ſolum, qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, conſenſu inquam cooperatiuo, vnde qui ſuo conſilio, auxilio, aut fauore eſt cauſa, ſeu concauſa peccati mortalis, mortaliter peccat.

Octaua regula. Octaua regula. Quicunq; ex officio, vel charitate tenetur obſtare peccato, & non obſtat, ſeu reſiſtit, mortaliter delinquit. Secundum illud, error cui non reſiſtitur approbatur, ex officio tenetur omnis, qui alijs præeſt in regimine vitæ, vt princeps, prælatus, pater, magiſter &c. ſi quis viribus non obſtat iniuſtè damnificantibus (cum ei ex officio incumbat) mortaliter peccat.

Nona regula. Nona regula. Scandalizare proximum eſt peccatum mortale. Iuxta illud Matth. 18. qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, &c. Scandalum duplex eſt actiuum ſcilicet: & paſſiuum. Actiuum

eſt

Digitized by Google

eſt quando quis verbo, vel facto (cuiuſcunque generis ſit) intendit alium inducere ad peccã-dum mortaliter. Paſſiuum verò eſt, quãdo quis dixit, aut fecit aliquod opus) etiam bonum, ſed non neceſſarium) & percipiebat veriſimiliter proximum ſcandalizari ex ignorantia, vel ſua infirmitate, peccauit mortaliter, quia contempſit ſalutem proximi, puta ſi quis ex occulta infirmitate comedit carnes in quadrageſima, de quo proximus ob ſuam ignorantiam ſcandalizatur, oportet quod ei declaret, quod id fecit neceſſitate ægritudinis, quod ſi id non pandat, peccat, ſibi enim crudelis eſt, qui negligit famã ſuam. ſecundum D. Auguſt.

Decima regula. Votum, aut iuramentũ licitè emiſſum violare, eſt culpa mortalis. Iuxta illud, ſi quid vouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio, ac ſecundum illud, vouete, & reddite, &c. 20 *Decima regula*.

EXAM. Veniale poteſt nè effici mortale? 21

CONF. Quamuis veniale ſecundum ſubſtãtiam ſuam non poſſit fieri mortale, tamẽ actus, qui de genere ſuo eſt venialis, poteſt fieri mortalis quatuor modis. *Quomodo veniale efficitur mortale*

Primo modo ex complacentia, quia nullum peccatum (vt ait Auguſt.) eſt adeo veniale, quod non fiat mortale, dum placet.

Secundo modo ex cõſcientia, quia quicquid eſt contra conſcientiam, ædificat ad gehennã, hoc intellige contra eius dictamẽ per modum

præceptionis, vel prohibitionis, non tamen per modum conſilij, vel ſuaſionis.

Tertio modo ex diſpoſitione, quia ſæpè ſæpius homo per venialia diſponitur ad mortalia. Iuxta illud Greg. vitaſti ſaxa magna, vide nè obruaris arena, & ſecūdum illud Eccleſ. 19. qui modica ſpernit paulatim decidet.

Quarto modo ex progreſſu, quia quando inſurgit veniale, ſi non prohibetur, poſſet progredi vſque ad mortale.

22 *De noīe mortalis & venialis.* EXAM. Quare vnum dicitur mortale, & alterum veniale?

CONF. Dicitur mortale, quia eum, qui tale committit facit dignum morte æterna, dicitur veniale, quia faciens illud, non eſt reus mortis, ſed eſt dignus venia, nam peccatum veniale habet in ſe aliquam cauſam veniæ. vide D. Tho. in 9. diſp. de malo ar. 1.

De Forma Confeſſionis.

23 *Forma abſolutionis neceſſaria.* EXAM: QVÆ nam eſt forma Sacramentalis Confeſſionis?

CONF. Forma de neceſſitate, & perfectione huius ſacramenti, ſunt ſolum hæc verba, nempè Abſoluo te, vt habetur ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 13. & ſecundū D. Th. 3. p q. 84. art. 3. & Gaiet. ibidem, & in ſumma verb. Abſol. & Nau. c. 16. num. 11.

24 *Dubitatio.* EXAM. Conc. Trid. dicit formam abſolutionis eſſe, ego te abſoluo, &c. per iſtam dictionē

(& cæ-

(& cætera) aliqua verba debent ſubintelligi, ergo videtur quod non ſolum ſunt hæc verba abſolute.

CONF. Dico, quod illa dictio (& cætera) adiecta eſt ſolum ad deſignandum huic formæ neceſſariæ multa alia cômodè, & congruè addi poſſe, & non neceſſariò, vt dicêdo ego te abſoluo à peccatis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vel per virtutem Paſſionis Chriſti, aut auctoritate Dei, vt inquit D.Th. 3.p. q.84. art.3. ad tertium. Et confirmatur hæc reſpôſio per Pium V. in ſuo Cathechiſmo, vbi nil de illa additione (& cætera) curauit. Hinc habes errorem Angeli, à quo docetur, hæc omnia ego te abſoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, neceſſariò pertinere ad formam abſolutionis. *Solutio.*

25 *Si ly ego eſt de neceſſitate forma.*

EXAM. Illa dictio. Ego, eſt forſan neceſſaria in hac forma?

26 *Si dimittens ly ego peccet.*

CONF. Minimè, quoniam ſubintelligitur in iſto verbo (abſoluo:) ſicut in Baptiſmo in verbo Baptizo, vt aſſerit D.Th. 3.p.q.66.art.5. ad primum, & Caiet. verbo Abſol.

27 *Forma decens ſeu congrua abſolutionis.*

EXAM. Confeſſarius dimittens iſtam dictionem, Ego, dicens, Abſoluo te, peccat nè?

CONF. Peccat quidem, ſed venialiter, vt ait Sotus 4.d.3.q. vnica art.3. ad primum.

EXAM. Illa verba: Si teneris aliquo vinculo, &c. Miſereatur, &c. Dominus noſter, &c. Et Paſſio Domini Noſtri, &c. non nè ſunt neceſſa-

ria pro forma abſolutionis?

CONF. Minimè. Sed ſunt decentia, & congruentia, nã quæ precedunt ſunt preces,& orationes,quæ verò ſequuntur ſunt pęnitentiæ iniunctiones. Et regulariter cõfeſſor debet ſupradicto modo abſoluere, nempè pręmittendo. Si teneris,&c. Nau. vbi ſupra,& Caiet. vbi ſup.

28 *Notandũ circa & Paſſio.* Nota, quod illa verba Paſſio Domini Noſtri Ieſu Chriſti, &c. Nullo modo à bonis confeſſarijs debent omitti, quandoquidem ſunt multũ fructifera pœnitenti,nam confeſſor non ſolum poteſt imponere in pęnitentiam ſatisfactoriam opera bona debita,ſed etiam opera,alia ratione debita, quoniam Deo pijſſimo ſatisfacere poſſumus operibus bonis, etiam alia ratione debitis,& de neceſſitate etiam naturæ ſubeundis, & pœnis ac flagellis ab ipſo met inflictis, & conſequenter toleratis, ac tolerandis infirmitatibus,& ipſa morte naturali, vel violenta ineuitabili ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 9. ſecundum D. Thom. 4 d. 15. q. 2. art. 3. & diſt. 19 q. 2. art. 1. & col. 3. ar. 8. Vide item Nauar. c. 26. num. 27. & 24 & cap. 3. num. 4.

29 *Si ego remitto tibi eſt forma neceſſaria.* EXAM. Poteſt nè fieri & perfici ſacramentalis abſolutio ſub alijs verbis quã prædictis.

CONF. Vtique. Nempè dicendo. Ego remitto tibi peccata tua. Vnde ſi quis hæc verba pro abſolutione proferret, verùm & perfectũ eſſet ſacramentum, ac ſi diceret ego abſoluo te. Et ratio eſt, quoniam vtraque hæc forma exprimitur

mitur

mitur per verba Domini, nam per illa verba Matth. 16. quando dixit Petro, quodcunq; ſolueris, &c. exprimitur illa forma ego abſoluo te. Et per illa Io. 10. qñ dixit diſcipulis, quorũ remiſeritis peccata, exprimitur iſta. Ego remitto tibi peccata, verũ eſt magis cõgrua abſoluo te, quia magis cõgruit verbis Dñi, qñ de clauibus loquebatur. Ex Gaiet. 3. p. q. 84. ar. 3. cũ D. Th. ad tertium. idẽ aſſerit Sotus 4. d. 14. q. 1. art. 3.

30 EXAM. Si quis diceret, ego abſoluo vos cauſa honoris, & ſimiliter nos abſoluimus vos, & ſimiles formas proferret, iſtæ abſolutiones eſſent validæ, nec nè?

Si iſta abſolutiones abſoluo vos &c. ſint validæ.

CONF. Eſſent validæ, quoniam illæ voces quibus vtitur Eccleſia communiter nõ ſunt de neceſſitate Sacramenti, ſed illæ, vel aliæ loco illarum idem ſignificantes ex proprietate, vel accomodatione vſus. At iſtè confeſſor peccaret vtendo illis verbis aduertenter, quoniam illæ voces, quibus vtitur Eccleſia, ſunt de neceſſitate præcepti Eccleſiæ, ex Gaiet. verb. abſol. & 3. p. q. 60. art. 7. in Reſponſ. ad ſecundum.

EXA. Abſolutio põt nè ferri ſub cõditione?

Sub qua cõditione poteſt fieri abſolutio.

CONF. Abſolutionem ferri ſub conditione poteſt intelligi tripliciter. Aut ſub conditione de futuro. Aut de præterito, Aut de præſenti, ſtante hac diſtinctione, dico primo, quod nullus confeſſor debet abſoluere quemquam à peccatis, vel ab excommunicatione ſub conditione de futuro, dicendo abſoluo te à pecca-

tis, vel ab excommunicatione, ſi illud, aut illud feceris, nempè ſi reſtitueris, ſi feceris talem, vel talem pœnitentiam, quia abſolutio non debet eſſe in ſuſpenſo.

Dico. Secundo quod licitè confeſſarius pōt eam ferre ſub conditione de præterito, putà ſi non es abſolutus ego abſoluo te in caſu dubij, ſicut fertur forma Baptiſmi, dicendo ſi non es Baptizatus, ego te Baptizo.

Dico. Tertio, quod nullus cōfeſſor debet abſoluere ſub conditione de præſenti, dicendo, ſi verè promittis vſuram dimittere; concubinam expellere; ablatum reſtituere, &c. abſoluo te, ſi id tamen efficiatur, tenet, peccat tamen ſic faciens, quia miniſtrat ſacramentum ſub fotma dubia, quod Chriſtus voluit ſub forma certa miniſtrari. Ex Caiet. verb. abſ.

Notād. Nota tamen, quod licitè etiam poteſt abſolutio ferri ſub conditione in his caſibus. Primus eſt, quando audio puerū, vel aliquem aliū de quo dubito an ſit capax abſolutionis, potero illum abſoluere, dicendo ſi tu es capax abſolutionis abſoluo te. Secundus eſt. quando dubito an ea, quæ pœnitens narrauit ſint peccata, nec nè; potero illum abſoluere dicendo. Si adeſt in iſta confeſſione materia, ego abſoluo te. Tertius eſt quando dubito ſi pęnitens habeat caſus reſeruatos necnè, &c. potero illum abſoluere dicendo. Si adſunt caſus reſeruati abſoluo te ab illis.

32 *Triplex caſus in quib. poteſt ferri abſolutio ſub conditione.*

EXAM.

EXAM. Quomodo ſunt intelligenda, & exponenda illa verba formæ, Abſoluo te? 35 *Expoſitio formæ abſolutionis.*

CONF. Quando ſacerdos dicit abſoluo te, non debet exponi, & intelligi, ego te abſolutũ oſtendo, vt quidam malè protulerunt, quia ſacramenta nouæ legis non ſolum ſignificát, ſed etiam efficient, quod ſignificant. Sed debet ſic exponi, ego te abſoluo, ideſt abſolutionis Sacramentum tibi impendo, quod eſt, ſacerdotem oſtendere hominem eſſe abſolutum, non ſolùm ſignificatiuè, ſed etiam effectiuè, hæc expoſitio eſt D.Th. 3.p.q 84.art. 3.ad tertium, quæ expoſitio à Gaiet. ſic explicatur, ſacramentum abſolutionis tibi impendo; ideſt ſacramentaliter abſoluo, per ly abſoluo, excluditur ambiguitas ex parte effectus Sacramenti; per ly verò ſacramentaliter excluditur præſumptio, & vſurpatio diuinæ poteſtatis, nam ly ſacramentaliter diſtinguitur à ly principaliter, & ſpiritualiter. ſolus.n. Deus eſt, qui principaliter, & ſpiritualiter abſoluit, ſacerdos aũt inſtrumẽtaliter, & ſenſibiliter, nempè medio ſacramento abſoluit à peccatis. Circa hoc vide pulchrã diſcuſſionem Soti 4.d.14.q.1.art.3. quoniam doctè, catholicè, & reſolutè loquitur contra Magiſtrum ſententiarum.

De Miniſtro Confeſſionis.

34 *De miniſtro huius ſacramẽti*

EXAM. QVIS eſt debitus miniſter huius ſacramenti?

CONF. Solus ſacerdos ritè ordinatus, ha-

bens auctoritatem ordinariam, vel delegatam, quæ ad peccata ſibi confeſſa extendatur, ex Nauar. cap. 4. num. 1.

35 *Si manuũ impoſitio eſt neceſſaria* EXAM. Eſt nè neceſſaria manuum impoſitio ſuper caput pœnitentis?

CONF. Minimè, vt rectè declarat D. Th. 3. p. quæſt. 84. art 4. & ratio eius eſt; quia quando Chriſtus dixit Petro, quodcunq; ſolueris ſuper terram, &c. & diſcipulis quorũ remiſeritis, &c. nullam mentionem fecit de manuum impoſitione. Imò neq; eſt decens talis impoſitio manuum, ex eodem D. Th. opuſ. 22. c. 4. ſed magis decens eſt ſignatio crucis. In ſignum quod per ſanguinem Chriſti remittuntur peccata ex eodem D. Thom. 3. p. q. 84. ar. 4 ad 4.

De effectibus huius Sacramenti.

36 *Effect' huius Sacramenti.* EXAM. QVIS eſt effectus huius ſacramenti?

CONF. Effectus huius Sacramenti ſunt plures. Primus, eſt remiſſio culpæ, per quã peccator reſtituitur in Dei gratiam, & amicitiã, à quo erat auerſus. Secundus eſt, liberatio à pœna æterna, vnde remiſſa culpa per pænitentiam tollitur reatus pœnæ æternæ ex D. Tho. 3. p. q. 85. art 6 quæ pœna æterna commutatur in pænam temporalem purgatorij Tertius eſt, commutatio pęnæ purgatorij in pęnam temporalem hic explebilem. Quartus eſt, collatio gratiæ, vel eiuſdem auctio, ſi prius habebatur, & hi effe-

effectus cauſantur ex vi abſolutionis. Quintus eſt, apertio Paradiſi, ob id quia per eam remouentur impedimenta introitus, nempè pęnæ, & culpa. Iſti ſunt effectus principales, ſunt & alij effectus minus principales, quos non opus eſt recenſere.

SEXTVM CAPVT.

Examinis, erit de modo, quo ſe habebit Confeſſor erga pœnitentes.

EXAM. REQVIRIS (Reuerende Pater) ad hoc Confeſſionis munus admitti, peto, quomodo te habebis erga ipſũ pænitẽtẽ circa eius examen, & quo ordine procedas? 1 *Ordo ꝓcedendi circa examen pœnitẽtis.*

CONF. Ego iſto modo procedam. Primo. antequàm pęnitentem audiam, conuertam me ad Deum, & cum cordis contritione, & humilitate, veniam petam meorum peccatorum, ſimul & auxilium, vt Deo, conſcientiæ meæ, & peccatori faciam ſatis, ex Sauanarola in ſuo Confeſſionali, & Nauar. cap. 10. num. 1.

Deinde ſic præcinctus ad confitentem accedam, & eum (ſi ignorat) actus exteriores de-

cen

centes docebo, putà vt genua flectat, caput denudet, ſigno Crucis ſe muniat, & vt faciem ſuã ad latus vertat, maximè ſi eſt mulier, & ſic diſpoſitus, docebo vt Confeſſionem generalẽ dicat latino, vel vulgari ſermone, per ſe ipſum, ſi ſcit, vel ſimul ſi ignorat. Nauar. cap. 10. num. 2. & 5.

His habitis, petam primo à pœnitente cuius ſit conditionis, artis, officij, vel exercitij, vt facilè poſſim eorum peccata maximè conſueta perquirere.

Petam ſecundo loco, ſi diligentiam adhibuit in examine ſuæ conſcientiæ circa ſuum ſtatũ, artem, vel exercitium, circa dies, hebdomadas, menſes, &c. & circa memoriam veriſimilis numeri ſuorum criminum; nam ſi diſcuſſit per aliquot dies ſuam conſcientiam, maximè quando per annum non eſt confeſſus, eum dimittam, vt primo ſcrutetur ſuam conſcientiam, & poſtea benè diſpoſitus ad Confeſſionem accedat.

Petam tertio loco, ea quæ poſſent beneficiũ abſolutionis impedire, nè fortè cum iſto conteram tempus, quod cum alio vtiliter expenderem. iuxta ſanum Concilium Caiet. verb. inter-

2 *Quę impediunt beneficiũ abſolutionis.*

rogatio Conf. nè pœnitens mihi dicat, voluiſti primum mea audire peccata, & modo abſolutionem denegas?

EXAM. Quæ nam ſunt illa, quæ poſſunt beneficium abſolutionis impedire?

CONF. Multa ſunt. Primum, ſi pœnitens

non

nõ dolet de peccatis commiſſis, quatenus ſunt Dei offenſa principaliter, aut ſi nõ habet propoſitum in futurum abſtinendi de mortalibus, vel aliquibus circunſtantijs neceſſarijs. Secundum ſi habet concubinam, & eam non vult de domo repellere. Tertium ſi eſt vſurarius, & non vult deſiſtere ab eis, & ſi poteſt ſtatim, vel ſtatuto tẽpore reſtituere, & non vult ſtatim, &c. Quartum ſi non vult relinquere malum odium contra aliquem conceptum. Quintum ſi habet officium illicitum, & illum nõ vult dimittere. Sextum ſi eſt excommunicatus, vel cenſuratus à qua non poſſum abſoluere propter reſeruationem ſuperioris. Inquiram præterea de caſibus Sancto Officio Inquiſitionis reſeruatis, & demum id genus alia, quæ occurrerint poſtulabo. vide Nauar. cap. 10. num. 4. cap. 3. I, F, & G, & cap. 27. num. 20. & 25.

Noſcenti mihi talem pœnitentem non habere huiuſmodi impedimenta, petam poſteà quarto loco de caſibus, qui faciunt Confeſſiones præteritas eſſe nullas, ac ob id iterandas.

EXAM. Qui ſunt illi caſus, in quibus eſt iteranda Confeſſio, & quot ſunt? 3

Quinq; caſus in quib. eſt iterãda Cõfeſſio

CONF. Caſus præcipuè in quibus eſt iteranda Confeſſio ſunt quinque. Primus eſt ratione Contritionis. Secundus eſt ratione Confeſſionis. Tertius eſt ratione ſatisfactionis. Quartus eſt ratione Confeſſoris. Quintus eſt ratione Pœnitentis.

Pri-

Primus Primus ex parte Contritionis talis eſt. puta ſi pœnitens quando fuit confeſſus nõ habebat diſplicentiam de peccatis commiſſis, quatenus principaliter ſunt offenſa Dei. Aut non habebat propoſitum abſtinendi in futurum à peccatis mortalibus, vel ab eorum neceſſarijs circunſtantijs, vel à quibuſdam occaſionibus propinquis ad mortale inducentibus. puta ſi non habebat animum concubinam expellendi, vſuras relinquendi, & id genus reliqua. Gaiet. verb. Conf. Iterat. & Nau. c. 9. num. 10.

Secũdus Secundus caſus ex parte Confeſſionis talis eſt. puta ſi Confeſſio non fuit integra aduertenter, nempè ſi pœnitens dimiſit aliquod peccatum mortale, certum, vel dubium, vel aliquam circũſtantiam neceſſariò confitendam, ſiue ob verecũdiam, ſiue ob timorem, ſiue ob hypocriſim, ſiue alia iniuſta de cauſa ex D. Th. 4. d. 17. q. 3. art. 4. & communi diximus iniuſta de cauſa, quia aliquibus iuſtis de cauſis licet omittere aliquod mortale, vel aliquam circunſtantiã, vt infrà dicetur. Item ſi eam dimidiauit, vni partem vnam cõfitendo, alteri reliquam peccatorum partem. Item ſi fuit Confeſſus ità obſcurè, quod nõ poterat Confeſſor ità benè percipere grauitatem peccatorum. Ex Gaiet. vbi ſuprà, & verb. Conf. conditione 10. & Nauarr. cap 9. num. 11.

Tertius Tertius caſus ex parte ſatisfactionis, talis eſt. nempè ſi pęnitens non intendebat adimple-

re pœnitentiam ſibi à confeſſario iniunctã pro peccato mortali antè abſolutionem, & tunc quando abſoluebatur ipſe contempſit, aut debitam curam non adhibuit, vt iniunctæ pęnitentiæ recordaretur, ex Nauar, cap. 9. num. 14. Dixi ante abſolutionem, quoniam ſi poſt abſolutionem impoſitam ipſe contempſit, &c. non eſt neceſſario iteranda confeſſio, neque ob id, quia nullatenus adimpleuit (ſiue in bono, ſiue in malo ſtatu) neque ob id, quia contempſit, aut debitam curam non adhibuit, vt pœnitentiæ recordaretur, ſed tantum peccatum cõmiſit non adimplendo pęnitentiam, de quo cõfiteri tenetur. Dixi pro mortali iniuncta, quoniam ſi eſſet iniũcta pęnitentia pro venialibus non eſſet iteranda confeſſio, quandoquidem venialia (vt aliàs diximus) non ſunt neceſſariò confitenda, &c. vide Caiet verb. Conf. iteratio, & Nau. vbi ſuprà num. 14.

Quartus caſus ex parte Cõfeſſoris talis eſt: videlicet. Primo ſi confeſſus eſt laico (etiam in neceſſitatis articulo) quoniam tenetur iterum Sacerdoti reconfiteri, quia illa confeſſio facta laico non fuit Sacramentalis, ac ob id iterãda. Secundo ſi confeſſus eſt Clerico, vel religioſo non habenti poteſtatem ordinis Sacerdotalis, quia ſine tali poteſtate nihil fit, ac ob id iteranda. Tertio, & ſi Confeſſus eſt habẽti poteſtatẽ ordinis, non temen habenti poteſtatem iuriſdictionis ordinariam, aut delegatam. Quarto li- *Quartus*.

cet

cet facta ſit habenti vtranquè poteſtatem, tamen non erat proprius ſacerdos ex cap. omnis vtriuſque ſexus, &c. Quinto. licet proprio ſacerdoti, vel parocho; tamen talis non habebat omnimodam iuriſdictionem, ſed arctatam, nēpè habebat auctoritatem abſoluendi ab omnibus caſibus, (exceptis aliquibus) propter reſeruationem ſuperioris, & nihilominus etiam abſoluit ab illis, talis pęnitens ſic abſolutus cum id ſibi conſtiterit, tenetur iterum confiteri, nō quidem omnia, ſed illa tantum de quibus Confeſſor non poterat abſoluere; quoniam de illis non erat defectus poteſtatis, & de iſtis ſic, vt rectè ait Gaiet. verb. Conf. Iteratio, & Nauar. cap. 9. num. 6. Sexto. ſi Confeſſus eſt quidem habenti omnimodam poteſtatem, tamen talis nō habebat vſum poteſtatis, quia erat cenſuratus nempè Exc. ſuſpenſus, vel interdictus.

Not. 1. Nota tamē quod hoc eſt intelligendū, quādo talis Confeſſor eſt cenſuratus, vel quia eſt denūtiatus, & declaratus, vt talis, vel quia eſt talis ob notoriam clerici percuſſionem. ſi aliter eſt cenſuratus, quàm his duobus modis, abſolutio tenet, vt patet per Con. ſub Martino V. vt ait Gaiet. verbo Conf. Iteratio & Nau. c. 4. num. 1. & cap. 9. num. 6 & 7. Item ſi Confeſſor dormitabat. Aut erat ſurdus. Aut erat taliter ignorāns, quod neſciebat diſcernere inter lepram, & lepram, & neſciebat proferre verba abſolutionis. Aut quia non intendebat abſol-

uere.

uere. pęnitens hoc animaduertens, confeſſionem iterare tenetur.

Quintus caſus eſt ex parte Pęnitentis:quando ſcilicet Pęniteus eſt Exc.qui non ſolum cognoſcit ſe eſſe talem,ſed etiã dignoſcit peccare mortaliter recipere,& procurare, vt ſibi detur abſolutio,ſecus ſi putabat bona fide nõ peccare,procurando abſolutionem, quia huiuſmodi defectus eſt eſſentialis. Sed non quia abſolutio datur excommunicato ſciẽti ſe eſſe talem, ſed quia confeſſionem integram non facit, quia tacet illud peccatum,quod commiſit poſcendo abſolutionem.Nau.cap.9.num.3.& 4. *Quintus.*

Nota hic,quod Gaiet.verb.Abſ.& Nau. c.9. num.1.& aliqui alij tenent,quod abſolutio excommunicato impenſa de peccatis, antequàm ab excommunicatione abſoluatur, regulariter valet,& ratio eorum eſt, quia licet talis abſolutio ſit iure prohibita,& illicita; tamen nullo iure ſancitum eſt,eam eſſe nullam, multa enim fieri prohibentur, quæ facta tenent. Attamen (ſalua auctoritate eorum) crederem contrarium. nempè abſolutio impẽſa excommunicato de peccatis (ſcienti, vel ignoranti ſe eſſe talem) antequàm primo ab Excommunicatione abſoluatur,nihil valet,& ratio eſt,quoniam excommunicatus (vt ex deffinitione excommunicationis patet) eſt excluſus à participatione ſacramentorum,ſaltem paſſiua. Præterea excommunicatus nullus eſt ſubditus, quia excom- *Not. 2. Scitu digniſſimum.*

cõmunicatio tollit iuriſdictionem, ſed nullus Sacerdos poteſt abſoluere nõſubditũ,ergo,&c. Hæc ſententia videtur eſſe D.Tho. & Soti 4.d. 22.q.1. art.1. Id probantis quinq; rationibus, quas vide ſi placet.Eſt etiam Sylu.verb. Conf. 3.§.8.

Dubitatio. Dices reliqua Sacramenta ab Excommunicato ſuſcepta, nempè ſacramentum ordinis, Matrimonij, confirmationis, & extremæ vnctionis tenent,& valida ſunt ſacramenta,ergo eadem ratione,& ſacramentum pęnitentiæ tenet. *Solutio duplex.* Reſp.primo.quod nõ valet hæc proportio, quoniam in illis ſacramentis materia eorũ eſt quid extrinſecum,ac ob id forma cadens,ſuper debitam materiam ſuum ſortitur effectum,ſed in hoc pęnitentiæ ſacramento materia ſunt actus pęnitentis, qui inualidantur per excommunicatione, ac ob id abſolutionis forma non poteſt ſuum ſortiri effectũ Reſp.Secundo,quod non item valet proportio erga ordinẽ, & confirmationem,&c.quia illa imprimunt caracterem, & ob id collata excommunicato tenent (etim ſuſcepta ab inuito ob metum)ſacramentum pœnitentiæ non imprimit caracterem, igitur non tenet,& proportio non currit.

Pro hac opinione reperi Hieronymum Sauanarolam Doctorem eximium & ſanctæ fidei zelatorem in quodã ſuo Confeſſionario mordicus tenentem, abſolutionem excõmunicato impenſam de peccatis, antequam ab excõmunicatione

nicatione abſoluatur, nihil valere, quia excommunicatus non eſt ſacramentorum particeps. Imò dicit quod oppoſitum tenentes ignorãter dixerunt, tanquam neſcientes diſtinguere inter pęnitentiam (virtutem) quam quilibet poteſt ſuſcipere, & pœnitentiam (ſacramẽtum,) cuius nullus excommunicatus poteſt eſſe particeps. Viſis caſibus, in quibus pœnitens tenebatur Confeſſiones, ſeu Confeſſionem iterare, & his non repertis. Inquiram quinto loco de tempore, in quo non eſt confeſſus, putà ſi non eſt confeſſus per annum, aut annos, & qua de re non ſit confeſſus, licita vel illicita, & ei pãdam, quæ ſunt declaranda. Nau. c. 21. nu. 33. & 34.

Petam poſtea quoties in illo anno, vel annis propoſuit non confiteri, quia toties mortaliter peccauit.

Deinde poſcã ſi non eſt confeſſus in illis caſibus, in quibus ſub vinculo noui peccati mortalis pluries, quàm ſemel in anno confiteri tenebatur. 6

Sex caſus ĩ quibus qs pluries, quàm ſemel in anno ad Confeſſionẽ tenetur.

EXAM. Qui ſunt hi caſus in quibus pęnitẽs pluries quàm ſemel in anno confiteri tenetur?

EX. Hi ſunt. Primus eſt rõe ſacramẽti. putà ſi acceſſit ad Sacram Communionem, aut fecit ſacrum, habens copiam confeſſoris, & non eſt confeſſus, quancumuis ſibi contritus videatur, ſecundum D. Th. 3. p. q. 80. art. 4. & 4. d. 17. q. 3. art. 1. quæſtiuncula 4. cum cõmuni. Et ex Cõc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 7. contra Gaiet. Contrarium

aſſerentem pluribus in locis. nempè 3 p. q.80. art. 4. & primæ Corinth. 1. & in ſumma verbo Commun. & verb. Conf. Aut ordinem ſacrum ſuſcipit abſq; prævia Confeſſione, ſecũdum D. Thom. col. 1. art. 11. vide Navar. cap. 2. num. 7. & cap. 21. num. 49.

Secundus caſus eſt, ratione periculi. putà ſi non fuit confeſſus quando inſtabat veriſimilis articulus mortis, putà quia fuit valdè gladio ictus percuſſus, vel quia habuit acutã febrẽ, ſeu peſtilentialẽ, vel quia inſtabat tẽpus pariendi, maximè quando nunquam peperit mulier, vel ſi peperit, experta eſt partus habere difficiles. & huiuſmodi. Caiet. verb. Conf. conditione 13. quia hoc tempus eſt de iure diuino. vide Nau. cap. 2. num. 9.

Tertius eſt, ratione conſcientiæ. vt ſi nõ fuit confeſſus quando conſcientia ſibi dictabat ad illam teneri; nam omne quod eſt contra conſcientiam ædificat ad gehennam. Nau. c. 2. n. 9.

Quartus, ratione dubij, vt quãdo cognoſcebat, aut veriſimiliter credebat, quod ſtatuto tempore non poterat habere copiã confeſſarij.

Quintus eſt, ratione voti, vt ſi vouit pluries confiteri, & non eſt confeſſus. Nau. vbi ſupra.

Sextus eſt, ratione iuris noui Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 7. putà ſi antequàm Communionem reciperet, recordatus eſt de aliquo mortali, & ob iuſtam cauſam ſe communicauit abſquè prævia Confeſſione, & ſtatim non eſt confeſſus. ex

Nauar. vbi ſuprà. Pro iſtis caſibus vide Compe. Theol. lib. 6. cap. 25.

Vltimo loco poſtquàm prædicta omnia expoſtulaui, nec reperi eum teneri ad aliquam Confeſſionem iterandam. Incipiam interrogare per ordinem decem præceptorum Decalogi, deinde per ordinem peccatorum capitaliū, ac deinde per cuſtodiam quinque ſenſuum, nāquè pœnitens mauult interrogari, quàm per ſeipſum peccata referre.

SEPTIMVM CAPVT.

Examinis, erit de Satisfactione.

QVIA ſunt facta quæſita de ipſa contritione, & Cōfeſſione, ideò hic proſequar quæſita de ipſa ſatisfactione, quæ eſt altera pars Sacramenti pœnitentiæ, & ſit primum quæſitum.

EXAM. Quid eſt ſatisfactio, vt eſt pars Sacramenti Pœnitentiæ? 1 *Satisfactio quid ſit.*

CONF. Eſt quædam cōpenſatio facta Deo, pro culpis contra ipſum commiſſis, cum propoſito amplius eum non offendendi. ſecundum D. Th. 4. d. 15. q. 1. ar. 1. quæſtiunculâ 1. & Nau.

cap.3.num.1.vel ſic ex eodem D.Tho. Satisfa-ctio eſt compenſatio offenſæ diuinæ præteritę, ad æqualitatem iuſtitiæ, ſubaudi ibi in difinitione (principaliter) quia principaliter eſt compenſatio offenſæ diuinæ,ſecundariò eſt offenſæ proximi. Hæc ſatisfactio inquâm communiter dicitur pœnitentia impoſita à Confeſſario.

EXAM.Quot ſunt partes ſatisfactionis,qui-
2 bus poſſumus Deo facere ſatis?

Tres partes ſatiſfactionis.

CONF. Tres ſunt partes principales pro culpis compenſandis. Vna dicitur Oratio. Secunda, dicitur Ieiunium. Tertia dicitur Eleemoſyna. ſunt etiam aliæ partes, quibus Deo poſſumus ſatisfacere,ſed dicuntur minus principales, & omnes ad has tres dictas reducuntur. Opera enim ſpiritualia ad orationem referuntur. Opera verò carnem affligentia,ſeu carnem domantia ad ieiunium reducũtur. Omnia autem opera miſericordiæ corporalia, ad Eleemoſynam referuntur. Nauar. cap.3. nu.2. ſufficientias per pulchras dictarum ſatisfactio-
3 num habes in Comp.Theo.lib.6.cap.30.

Caſus ī quib. poteſt omitti ſatisfactio.

EXAM. Eſt nè in omni Sacramentali Confeſſione ſemper imponenda aliqua ſatisfactio, an non?

CONF. Regulariter in omni Confeſſione ſemper ęſt imponenda pęnitentia, ſeu ſatisfactio aliqua,ſed in tribus caſibus poteſt omitti.

EXAM. Qui ſunt hi caſus in quibus licitè

poteſt

Digitized by Google

poteſt ſatisfactio omitti?

CONF. Hi ſunt. Primus eſt, quando cõſtat pœnitẽtem integrè ſatisfeciſſe pro ſuis culpis, Deus enim neminem iudicat bis. Secũdus eſt, quando pœnitens eſt conſtitutus in extremis, quia tunc impotentia excuſat, vnde poteſt abſolui ſine penitentiæ iniunctione, & ſatisfactio debet relinqui diuino iuditio, vt benè inquit Nauar. cap. 26. numero 43. conſtitutis in mortis articulo non debet imponi magna penitentia exterior, ſed parua mox agenda, & eum ad interiorem contritionem inducat. Tertius caſus eſt, quando penitens eſt ita indiſpoſitus, vt nullam velit penitentiam acceptare, ſed vult illam in Purgatorio ſubire, talis inquam abſolui poteſt ſine iniunctione penitentiæ, & relinquendus Purgatorio, vbi grauius punietur vt ait Scotus 4. diſt. 17. & alij.

EXAM. Quanta, & qualis Penitentia eſt à Confeſſario iniungenda? 4 *Quantitas, & qualitas iniũgẽde penitentia.*

CONF. Iuſta quantitas, & qualitas penitentiæ, imponenda in ſatisfactionem peccatorum, ſoli Deo eſt nota, quoniam ſolus ipſæ nouit grauitatẽ peccati, vigorem contritionis, partem, quam tollit ſacramentalis abſolutio, & meritum operis ſatisfactorij, tum Sacramentalis, tum etiam non ſacramentalis, at nunc, & ſemper relinquitur arbitrio Confeſſoris cum circunſpectione tamen. 5 *Not. de prudentia Cõfeſſoris.*

Nota quod circunſpectio, ſeu prudentia cõ-

 feſſo-

feſſoris debet eſſe circa tria in imponēda Pœnitentia. (vt rectè inquit Gaiet. verb. ſatisfactio) nempè circa peccatorem: circa peccatum: & circa finem. Circa peccatorem debet animaduertere ſi eſt robuſtus, vel debilis: iuuenis vel ſenex; aſſuetus pœnitere vel non; diues vel pauper, & huiuſmodi, vt habet etiam Nau. cap. 26. num. 18. Circa peccatum, debet attentè conſiderare nè imponat ineptam pœnitentiam, nempè vt non imponat pauperi Eleemoſynam, ieiuniũ laboranti; Religioſo; Seruis, &c. obſequiorũ impeditiua, neque aliquod, ob q̃ poſſit detegi peccatũ, vt habet D. Ant. 3. p. tit. 17. c. 10. §. 16. & Nau. vbi ſuprà, ſed debet peccata contrarijs curare pœnitentijs, ita vt luxurioſo imponat ieiuniũ, auaro eleemoſynã, &c. Circa finem debet conſiderare, vt per pœnitentiam ab eo imponendam, pęnitẽs liberetur à tali vel tali cauſa, vel occaſione peccandi, finis enim Confeſſionis eſt, vt ſanitas animę conſeruetur, quæ non conſeruatur, niſi pœnitentia iniuncta ſit remotiua cauſarum, vel occaſionum peccati.

6 *Si ante vel poſt abſolutionem eſt iniurgẽda pœnitẽtia.*

EXAM. Confeſſor quando debet imponere pęnitentiam ſatisfactoriam, ante abſolutionẽ, vel poſt abſolutionem?

CONF. Siue ante; ſiue poſt imponatur, nihil refert, vt ait Gaiet. verb. ſatisfact. & Nau. c. 26. num. 10. & c. 9. num. 14. quia tàm ſacramẽtalis eſt, quæ poſt, quàm quæ ante imponitur. At ſa-

tis

nis opportunum eſſet eam ante imponere, nam ad hoc, quod pœnitens ſit abſolutus oportet, q́ habeat animū ſatisfaciendi ſaltem in futuro, quia ſi ſatisfactio nón præcederet ſaltem in præparatione animi, talis non eſſet abſolutionis capax; vnde ſi talem pęnitentiam acceptet eum abſoluat, ſi verò eam acceptare renuit, nō debet eum abſoluere, quoniā non videtur contritus, & in Sacramento deuotus, licet poſſet ſi habet animum eum luendi in Purgatorio.

EXAM. Eſt nè aliqua differentia inter pęnitentiam ſacramentalem, & non ſacramentalem, ſeu voluntariam?

CONF. Maximè, quia ſatisfactio à Confeſſore iniuncta, & à pęnitente acceptata, & per conſequens ſacramētalis, eſt magis ſatisfactoria, quā voluntaria, quia ſatisfactio ſacramentalis valet nō ſolū ſecūdū ſe, ſed etiā ex virtute clauiū, non ſacramentalis verò, ſeu voluntaria, valet ſolū ſecundū ſe, inquantū eſt opus bonū, quoniam à clauibus nō emanauit, & ob id plus valet vnus ieiunij dies, aut vnum pſalterium ex impoſitione Confeſſarij, quàm ſine tali impoſitione, vide Gaiet. 3. p. q. 90. art. 2. Secundo, quia ſacramentalis ſatisfactio, eſt ſatisfactoria etiā ſi fiat in peccato mortali (ſaltem à tempore, quo ab eo ſurrexit) non ſacramentalis verò non eſt ſatisfactoria ſi fiat in mortali ſecundū omnes, & maximè D. Thom. 4. d. 16. vide Nau. cap. 3. num. 5. 7 *Differētia īter Sacramētalē, & volūtariam pænitētiam.*

OCTAVVM CAPVT.

Examinis, erit de Materia Voti.

1 EXAM. CVM (Reuerende Pater) ſæpè ſæpius in cõfeſſionibus de votis cõfeſſores iudicare cõtingat, idcirco de materia voti tecum ſermonem facere intendo, & primo poſco. Quid eſt votum?

Diffinitio voti cũ ſua declaratione.

CONF. Votum eſt promiſſio (ſaltẽ interior) deliberatè, facta Deo, de aliquo bono, maiori, à ſuperiori non reuocata, hæc deſcriptio datur à Nau. c. 12. nu. 24. & ab omnibus 4. d. 18. & maximè à D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1. & 2. & à Gaiet. ibidem, & verb. votum.

2 EXAM. Quare votum dicitur promiſſio?

CONF. Quia ad conſtituendum votum non ſufficit bona voluntas, ſeu deſiderium neque etiam bonum propoſitum (etiam valdè deliberatũ) aliquid faciendi: ſed requiritur neceſſariò promiſſio, animo ſe ipſum obligãdi, putà ſi quis habet bonam voluntatem, aut bonũ propoſitũ valdè deliberatum faciendi Eleemoſynam, ieiunandi, ingrediendi religionem, & huiuſmodi, talis voluntas, & tale propoſitum non eſt votum.

EXAM.

EXAM. Quare dicitur ſaltem interior? 3

CONF. Quia ad conſtituendum votũ ſufficit promiſſio animo ſe ipſum obligãdi ſola mẽte facta, ideſt ſolo actu interioriori, & nõ requiritur neceſſariò, quòd promiſſio ſit expreſſa per vocem, vel per ſcripturam, licet poſſit fieri verbis expreſſis, vel ſcriptura.

EXAM. Quare dicitur deliberatè? 4

CONF. Quia ad conſtituendum votum non ſufficit qualiſcunque promiſſio, ideſt non ſufficit promiſſio ſine animi deliberatione facta, id eſt abſque conſideratione, & iuditio mentis, ſed requiritur promiſſio deliberata animo ſe obligandi Deo. Nau. vbi ſupra, & c. 17. num. 6.

EXAM. Quanta deliberatio requiritur ad votum perficiendum? 5

CONF. Tanta requiritur, & ſufficit, quanta requiritur ad merendum, vel peccandũ, ac per hoc iudicium, quod ſufficit ad obligandũ diabolo, ſufficit etiam ad obligandum Deo.

EXAM. Quæ deliberatio ſufficit ad merendum vel peccandum?

CONF. Illa ſufficit, quæ iuditium, vel rationem ipſius vouentis non abſorbet.

EXAM. Quare dicitur Deo, & non ſanctis, 6 cum etiam ad eos poſſumus dirigere vota? quare item non homini?

CONF. Quia promiſſio facta homini animo ſe obligandi, ac etiam adimplendi, non eſt votum, quia omne votũ tacitè vel expreſsè, mediatè

diatè vel immediatè efficitur Deo, iuxta ſanã doctrinam D. Th. vbi ſupra ar. 6. ad 3. Vnde vota facta Beatæ Mariæ, ac ſanctis alijs, ſunt facta principaliter Deo in ſanctis eius.

7 EXAM. Quare dicitur de aliquo bono?

CONF. Quia votũ de re mala mortaliter, vel venialiter, non eſt votum. Imò eſt peccatum mortale, vel veniale; nam nil cadit ſub voto, niſi opus bonum, vt infra dicetur.

8 EXAM. Quare dicitur de bono meliori, ſeu maiori?

CONF. Primo, quia vota facta de re, cuius contrarium ſecundum ſe eſt melius, vel maius bonum, nõ ſunt valida, vt votum de nõ ingrediendа religione, de non mutuandis pecunijs tempore neceſſitatis, &c.

Secundo, quia ad conſtituendum votum ſufficit maius bonum, ſiue ſit de Conſilio, ſiue de præcepto, ſecundum D. Tho. & Gaiet. 2. 2. q. 88. art. 2. conſentiente Nau. vbi ſuprà num. 25. 34. & 65. & Gaiet. verb. votum.

9 EX. Quare dicitur à ſuperiori nõ reuocata?

CONF. Quia promiſſio facta animo obligãdi Deo de meliori bono, ſi ſit irritata ab habente irritandi facultatem, non obligat, cuiuſmodi ſunt promiſſiones eorum, qui alterius poteſtati ſubduntur, ſecundum omnes, & præcipuè D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 9.

Notãd. Placuit nobis addere examen circa declarationem huius deſcriptionis ſecundum ſingulas

eius

eius particulas, potius quàm aliarum, tũ quia huius deſcriptionis particulæ ſunt difficiliores. tũ quia ex exacta declaratione, ſeu cognitione huius deſcriptionis, naſcitur clara notitia totius materiæ voti, ac per eam ſoluuntur ferè omnes caſus de hac materia concurrẽtes. Ex hac enim diffinitione cognoſcũtur, quæ cad dũt ſub materia voti, & quæ excludũtur ab ea, per id quod dicitur de meliori bono. Cognoſci tur item in quibus conſiſtat formaliter, & eſſen tialiter votum. per id quod dicitur promiſſio deliberata. Dignoſcitur etiam, cui debet fieri votum, per id quod dicitur Deo. Demum noſci tur ſi vota poſſunt irritari, per id quod dicitur à ſuperiori non reuocata.

EXAM. Quotuplex eſt votum? 10 *Votum duplex, & quid ſit v-trũque*

CONF. Duplex. Vnum ſollemne, & alterũ ſimplex.

EXAM. Quod nam eſt votum ſollemne?

CONF. Eſt vnum tantum votum perpetuæ continentiæ, quod ſolum ſollennizatur, Aut per profeſſionem tacitam, vel expreſſam alicuius religionis approbatæ; Aut per ſacrorum ordinum ſuſceptionem. Hinc duplex eſt votum ſollemne continentiæ. Vnum quod ſollemniter emittitur per profeſſionem religionis approbatæ, & alterum, quod ex ſacrorum ordinum ſuſceptione celebratur; 11.

EXAM. Quod nam eſt votum ſimplex?

CONF. Eſt omne opus bonum in votum emiſ-

emiſſum,aliud à prædictis duobus,cui nulla ſol lemnitas adhibetur,ſiue ſit publicum, ſiue priuatum,& tale poteſt eſſe abſolutum,vel conditionale,reale,vel perſonale?

12 *Materia voti incluſiua.* EXAM. Quæ nam eſt Materia voti incluſiua? Ideſt de quibus poteſt licitè votum emitti?

CONF. Materia voti eſt omne opus bonum, aut ſub conſilio,aut ſub præcepto, aut ſecundū ſe,& abſolutè bonum, non præceptum, neque conſultum. Ita quod poteſt quis licitè vouere de opere bono, ad quod nō tenetur non ſolum de conſilio,ſed etiam ad quod obligatur ex præcepto,ſecundum veriorem doctrinam D. Tho. 2.2. q 88.art.2. & Gaiet.ibidem, approbante Nauarro cap. 12.num. 25. 34. & 65.

13 *Materia voti excluſiua.* EXAM. Quod eſt remotum, ſeu alienum à materia voti? Ideſt de quibus non licet votum emittere?

CONF. Alienum & ſemotum à voti materia, eſt omne opus malum,vel illicitum,ſiue ſit contra præceptum,ſiue contra conſilium, ſiue indifferens inquantum indifferens.Item alienū eſt à voti materia, votum de neceſſariò euenturis,ſputà de moriendo, &c. Item omne opus impoſſibile,putà de nuuquàm peccando,etiam venialiter,&c. Et vt vnico verbo dicam. Semotū eſt à materia voti,Omne quod eſt opus mortale,vel veniale. Ita quod nullus poteſt licitè vouere aliquod opus,quod eſt contra præcepta diuina,vel Eccleſiaſtica,putà occidere, fornicari,

cari,furari,non ieiunare in vigilijs ſanctorũ, in quatuor anni temporibus,&c.aut contra conſilia diuina,putà non facere Eleemoſynam, nõ fidei iubere,& huiuſmodi alia,quæ ſunt de conſilio.Aut indifferens vt ſic,vt non ire,vel ire ad talem domum,non pectere barbam tali, vel tali die, non tranſire per tale vicum, &c.aut de neceſſariò euenturis,puta de moriendo,&c.aut de re impoſſibili,putà de nũquàm peccãdo, vel non peccando venialiter, & vniuerſaliter de nullo opere,quod eſt mortale,vel veniale ſecũdum omnes ſuprà citatos.

EXAM.In quibus caſibus, quis vouẽdo peccat mortaliter? 14

Sex caſus ĩ quibus vouendo mortaliter peccatur.

CONF. In ſex caſibus præcipuè. In quatuor caſibus ex parte rei vouendæ, & in duobus ex parte vouentis. Primus caſus eſt.quando quis emittit votum de opere, quod eſt contra præceptum diuinũm, & vniuerſaliter, quod eſt de opere malo mortali: putà ſi quis uouit furari, occidere hominem,&c.iſte non ſolùm mortaliter deliquit uouendo,ſed etiã adimplendo peccabit,& uotum eſt nullum.imò eſt Blaſphemia Nauar.cap.12.num.23.34. & 65.

Secundus caſus eſt.quando quis emittit uotum de opere, quod eſt contra conſilia diuina, in caſu,quo conſilium habet uim præcepti, ut Deo diſpliceat ſicut cætera mortalia diſplicent putà ſi vouit non facere eleemoſynam, etiam patienti extremam neceſſitatem, vel non mutuatu-

tuarum, &c. extra tamen iſtos caſus non peccabit pluſquàm venialiter. Nauar. vbi ſuprà num. 35. & 29.

Tertius caſus eſt quãdo quis emittit votum de re fatua, vel ſtulta, aut temeraria, vt Deo diſplicentibus, ſicut alia mortalia diſplicere ſolent, & cognoſcit quid facit, putà ſi quis vouit non pectere barbam, vel abradere capillos, non lauare caput, & huiuſmodi alia, & animaduertit Deo diſplicere, vt cætera mortalia, peccauit mortaliter, ſecus ſi credebat Deo nõ diſplicere talia vota. Nau. vbi ſuprà num. 37. Iſtos tres caſus habes etiam à Gaiet. verb. voti materia.

Quartus caſus eſt, quando quis emittit votũ de re ſibi impoſſibili, aut de re quam non poteſt adimplere, & animaduertit talem impotentiã putà ſi quis emittit votum nũquam venialiter peccandi, aut nunquã peccandi, tale inquàm votum eſt de re impoſſibili homini in hac vita ſecundũ illud Ioannis 1, cap. 1. ſi dixerimus, quod peccatum nõ habemus, ipſi nos ſeducimus. Ita etiã ſi quis claudus votum emittit peregrinationis pedeſter, &c. Nau. vbi ſup. nu. 38. & 65.

Quintus caſus eſt. ex parte vouentis, & eſt quãdo quis ſimulat ſe vouere, & tãtum verbotenus emittit votum, abſquè animo ſe obligãdi ad illud, talis mortaliter peccauit, & non tenetur voto in foro conſcientiæ, tamen talis debet cõpelli ab Eccleſia, ſeu à iudice, &c. Gaiet. 22. q. 88.

q. 88. art. 1. & in ſumma conditio vouentis; & Nau. vbi ſup. num. 23. & 38.

Sextus caſus eſt etiam ex parte vouentis. quãdo quis verè emittit votum, animo quidem ſe obligãdi, non tamen animo adimplendi, iſtè bis peccauit, vouendo, & non adimplendo ſecundum præfatos.

EXAM. Eſt nè aliquis caſus in quo quis vouendo licitum, peccet mortaliter? 15

Tres caſus in q. bus vouedo licitũ peccatur.

CONF. Maximè. Et in tribus caſibus præcipuè.

Primus caſus eſt. quando quis vouit aliquod licitum, ideſt aliquod opus bonum ob malum finem, putà quis vouit facere eleemoſynã, vel ieiunare ob inanem gloriam, aut propter aliũ malum finem, vt ſcilicet videatur bonus apud homines, &c.

Secundus caſus eſt. quando quis vouet licitũ ob petitionem illicitã, putà quãdo quis vouet offerre centum libras auri, vel argenti alicui Eccleſiæ ad habendam victoriam iniquã, nempè ad depredandã talem vel talem ciuitatem, locum, vel villam, &c. talis peccat peccato Blaſphemiæ.

Tertius caſus eſt. quãdo quis vouet aliquod licitum ob obtentum illicitum, quaſi recompẽſationem, aut gratiarum actionem, putà quis vouet ſacrificium Deo oblaturum, vel aliquod aliud factnrum, ob obtentam vxorem alienam. vel ob obtentam iniquam ſententiam. hoc non

eſt votum, ſed Blaſphemia, in his tribus caſibus vide Gaiet. verb. voti illicita, & Nauar. ſuprà num. 30. & 31.

16 *Voti vīculum.* EXAM. Sub quo vinculo tenetur, quis votũ licitè emiſſum adimplere?

GONF. Sub vinculo culpæ lethalis, ſecundũ illud. ſi quid vouiſti Deo, nè moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio. Ita quod qui non adimplet votum licitum, licitè emiſſum, vel ſtatim, vel ad tempus, ſecundum quod tenebatur mortaliter peccauit. Imò toties peccabit, quoties votum non adimplebit, niſi ad id excuſaretur aliqua iuſta de cauſa ſecundum omnes.

17 *Quinq; excuſãt ab obſeruantia votis.* EXAM. Quæ excuſant ipſum mouentem ab obſeruantia votorum?

CONF. Multa excuſare poſſent.

Primum. quando materia voti facta impoſſibilis ipſi vouenti. putà quis vouerat facere talem, vel tantã eleemoſynam, dotare talem orphanã, conſtruere tale, vel tale monaſterium & poſtea talis effectus eſt pauper, tunc talis eleemoſyna, quæ erat materia voti, facta eſt ei impoſſibilis, ac per hoc talis impotentia eum excuſat.

Secundus caſus eſt, quando materia voti facta eſt ei illicita. putà quis vouerat ieiunare certis diebus, talis infirmatur, tunc talis abſtinẽtia, quæ erat voti materia, facta eſt ei illicita quia illicitũ eſt ei abſtinere, ac ob id excuſatur.

Ter-

Tertium, quando materia voti effecta eſt ei impeditiua melioris boni. puta quis vouerat votum Hieroſolymitanum, adire vrbem, vel ad Sanctum Iacobum, &c. talis vult ingredi Religionem, tunc obſeruantia illorum votorum eſſet impeditiua melioris boni, videlicet voti Religionis, ac ob id poteſt licitè omittere talia vota, & Religionē ingredi, per quod votū omnia alia ceſſant, & in ipſum commutantur. Quartum, quando materia voti eſt indifferens inquantum huiuſmodi: puta quis vouerat non ingredi talem domum, vel tranſire per tale vicum, vt ab illa domo vitet mulierem inductiuam ad libidinem, & vt ab illo vico vitet iurgia, & inimicitias, ſi prædicta mala ceſſarent, tunc talis materia facta eſt indifferens, ac ob id amplius non tenetur illa vota ſeruare. prædictos caſus habes à Gaiet. verbo votorum impedimenta.

Quintum, eſt ex parte vouentis, quando vouēs obliuiſcitur adimplere votum, quod vouit (obliuione inquā excuſabili) excuſatur à peccato, tenetur tamen votū ſi ei in mentē venerit quā citius cōmodè poterit obſeruare, tale inquā votū, quod non reſpexit principaliter diē.

Circa iſtos prædictos caſus nota, quod ſi materia facta eſt impoſſibilis, illicita, indifferens, &c. ſecundū ſe totam, ad nihil tenetur vouens, ſi verò ſecundum partem, ad reliquam partem tenetur, & ab illa parte adimplenda non excu-

ſatur. Ac etiam ſi ad tempus redditur impoſſibilis, pro eo tempore excuſatur, ſi verò per ſemper, ad ſemper excuſabitur vouens.

De Irritatione Votorum.

12 *Quid voti irritatio.* EXAM. QVID eſt voti irritatio? Seu quid ſibi vult, vel quid importat votum irritare?

. CONF. Irritatio eſt omnimoda voti caſſatio, ſeu annullatio, ſola voluntate, & imperio irritantis. Et votum irritare, eſt votum omninò caſſare, & nullum reddere, ſola voluntate eius, qui ad irritandum habet poteſtatem.

13 *Qui poſſunt vota irritare.* EXAM. Qui ſunt illi, qui ad irritandum habent facultatem?

CONF. Hi ſunt, nempè prælati erga Religioſos. Abbates erga monacos. Vir erga vxorem, & econtra. Pater, & eo deficiente Mater relicta curatrix erga filios & filias. Tutores, ſeu curatores erga pupillos. Dominus erga ſeruos. Ratio horum eſt ſecundum D. Th. 22. q. 88. quoniã nullus, qui alterius ſubditur poteſtati, poteſt votum emittere, quod ſit abſolutè validum, quantum ad illa, in quibus ſunt ſubditi. vide Nau. c. 12. num. 64.

14 *Differẽtia ĩter irritãtes.* EXAM. Eſt nè aliqua differentia inter præfatos, quò ad poteſtatem irritandi?

CONF. Maximè, quoniam nõ omnes habẽt æqualem poteſtatem irritandi vota. Prælati enim Religioſorum, & Abbates Monacorũ habent

bent omnimodam, vota ſuorum ſubditorum irritandi poteſtatem, ſiue ſint de prohibitis, ſiue de non prohibitis. Ita quod poſſunt pro mera voluntate ſine aliqua cauſa, vel ratione, eorum vota irritare, ex D.Tho.& Gaiet.22.q 88.art.8. & D.Ant.3.par.tit.11.cap.2.§.5. & Nauar. vbi ſup.num.69.& 73.

Nota hic, quod Sotus lib.1.de iuſt.& iure, q. 2.tenet, quod vota emiſſa à Religioſis de his, ad quæ præcepto obligantur; putà non furari, non ieiunare in vigilijs, & quadrageſima, non poſſunt irritari à ſuis ſuperioribus, ac ob id talia vota adimplere tenentur, vt vota, & ratio eius eſt, quia talia prælatis ſubdita nõ ſunt, ſed (pace eius) oppoſitum verius eſſe exiſtimo cũ Nau.c.12.nu.65.in fine, & ad eius rationem dico, quia licet talia vota non ſint ſubiecta prælatis, quo ad primum vinculum, quo obligantur ex præcepto, tamen quo ad ſecundum vinculum (nempè nouum) quo ſe obligauerũt, ſunt ſubiecta prælatis, ac ob id prælatus põt relaxare nouum vinculũ, quo ligabatur Religioſus. 15 *Notãd. contra Sotum.*

Secundo vir, ſiue maritus non poteſt omnia vota vxoris irritare, ſiue annullare, niſi tãtùm illa, quæ ſibi præiudicant, tam illa, quæ fecit ante quam fuiſſet nupta, quàm illa, quæ ſub poteſtate viri fecit, & econuerſo tamen vota emiſſa antequam nuberet, mortuo eius viro adimplere tenebitur, & econuerſo. Nau.cap.12.nu.61. & 65.

Tertio. Dominus nō poteſt omnia vota ſerui caſſare, & nulla reddere, niſi tātum illa, quæ ſuo iuri præiudicant.

Quarto. Pater, & Mater, Tutor, ſiue Curator non poſſunt omnia vota filiorum; ac filiarum, pupillorum, & minorum annullare: niſi illa (tàm realia quam perſonalia) quæ fecerunt, antequam haberent ætatem contrahendi matrimonium, non tamen illa, quæ emiſerunt poſt prædictam ætatem, maximè vota perſonalia iuri illorum non præiudicantia. Vota tamen realia ad rem familiarem pertinētia poſſunt irritare vſque ad annum 25. Nau. vbi ſupr. num. 65. 68. & 70.

26 EXAM. An vota ſemel irritata, reddant, ſi de nouo irritans conſentiret? An item incipiant obligare cum liberantur a ſubiectione irritantium.

Si vota irritata rede͏ūt, irritāte de nouo conſentiente.

CONF. Vota ſemel irritata ab habente in id poteſtatem, non redeunt, etiam irritante de nouo conſentiente, ac etiam minimè incipiunt obligare, cùm à ſubiectione irritantium liberantur cum Nau. cap. 12. nu. 65. & 66. & Gaiet. 2. 2. q. 88. art. 8 & reliquos dempto Innocentio in cap. ſcripturæ. Imò ex eodem Nàu. vbi ſupra à num. 65 vſque ad 68. habetur; quod ſuperiore vota confirmante, & eadem poſtea irritante, etiam ſine rationabili cauſa, ſi ſubditus ea non adimplet, non peccat, licet ſuperior peccet.

De Diſpenſatione Votorum.

EXAM. QVID eſt diſpẽſatio voti? ſeu quid importat votum diſpenſare? 17 *Quid voti diſpẽſatio.*

CONF. Diſpenſatio eſt omnimoda voti relaxatio ab habente auctoritatẽ eccleſiaſticam, cum iuſta de cauſa, & votum diſpenſare, eſt votum omnino relaxare, abſq; hoc quod loco voti aliquid iniungatur, ab habente poteſtatem Eccleſiaſticam cum iuſta de cauſa.

EXAM. Qui ſunt illi, qui poſſunt in votis diſpenſare? 18 *Qui valẽt ad diſpenſandum.*

CONF. Soli Prælati Eccleſiaſtici habent prædictam facultatem ſecundum omnes Doctores 4. diſt. 38. & D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 2. vide Nauar. cap. 12. num. 64. & 75.

EXAM. Habent nè omnes Prælati Eccleſiaſtici æqualem poteſtatem in votis diſpenſandis, aut eſt aliqua limitatio inter præfatos? 19 *Differẽtia ĩter habẽtes poteſtatẽ ad diſpenſandũ.*

CONF. Non omnes æqualem habent in id poteſtatem, quoniam ſolus Papa per totum orbem habet omnimodam, & plenariam poteſtatem ſuper omnia, & ſingula vota unde ad nullum votum arctatur eius poteſtas, etiam in voto ſollemni non ſolum per ſacri ordinis ſuſceptionem emiſſo, verum etiam per profeſſionem alicuius Religionis approbatæ celebrato; vergente tamen aliqua maxima cauſa, vel neceſſitate. Nau. vbi ſup. num. 75. licet in voto ſolẽni Religionis non omnes conſentiant. Vide

D.Th.22.q.88,art.12.ad ſecundum,& Sotum de iuſtitia, & iure lib. 7. q. 4. art.2. Alij verò Prælati inferiores, puta Epiſcopi in ſua Diœceſi,& omnes qui ſortiuntur auctoritatem Epiſcopalem,puta Prælati religioſorum. Vt Generales: Prouinciales. Miniſtri: Abbates, & Præfecti conuentuales circa ſuos ſubditos habent poteſtatem arctatam in votis diſpenſandis, ſeu commutandis, videlicet poſſunt ſuper omnia vota diſpenſare,vel commutare; exceptis quinquè votis, quæ ſolùm Pontifici Maximo ſunt reſeruata. Nau.vbi ſupra.

20 *Quinq; vota Pōtifici reſeruata*

EXAM. Quæ ſunt iſta vota ſolùm Pontifici Maximo reſeruata in quibus nequeunt cæteri prælati inferiores diſpenſare, ſeu commutare?

CONF. Hæc ſunt. Primum: eſt votum perpetuæ continentiæ. Secundum eſt votum Religionis. Tertium, eſt votum peregrinationis in Hieruſalem. Quartum; votum peregrinationis ad Vrbem. Quintũ, votum peregrinationis ad Sanctum Iacobum Compoſtellæ. Nauar. vbi ſuprà num.75.

21 *Notād.*

Nota hic primo, quod prædicta tria vota peregrinationis, tũc ſunt reſeruata Papæ, quando ſunt facta in ſubſidium illorum locorũ, quãdo verò ſunt facta ſolũ deuotionis cauſa, tunc ſunt reſeruata Epiſcopis; ac ob id primo modo ſolùm à Papa poteſt diſpenſari. Secundo autem modo poteſt ab Epiſcopis. Armilla verbo diſpenſatio, num.17.ex Pan. cap. ex multa.

Nota

Nota ſecundo, quod ex cõceſſione Papæ Innocentij VIII, conceſſione 115. omnes cõfeſſores ex ordine Minorum, ac etiam ex ordine Prædicatorum, & eorum, qui gaudent Priuilegijs Fratrum Minorum, ritè præſentatos, & admiſſos, poſſe in omnibus votis diſpenſare, à quibus poſſunt Epiſcopi, excepto vno voto nẽpè in voto peregrinationis vltra duas dietas Nau. vbi ſupra num. 75. & 79. 22 *Notãd.*

23 *Iuſtè cauſa p votis diſpenſandis.*

EXAM. Quæ ſunt iuſtæ cauſæ, & legitimę in votis diſpenſandis?

CONF. De iuſtis, & legitimis cauſis non poteſt dari vna certa regula, ac ob id rationabilitas, ſeu (vt ita loquar) legitimitas cauſæ, prudentis arbitrio diſpenſantis relinquitur, ſed breuiter poſſent iſto modo cauſæ deduci;

Prima cauſa legitima, eſt honor Dei, & Chriſti Ieſu.

Secunda, vtilitas Eccleſiæ;

Tertia, Maius bonum quam ſit votiua executio, & iſte tres cauſæ aſſignantur a Gaietan. verb. votum.

Quarta cauſa eſt, quando executio voti eſt mala.

Quinta, quando executio voti redditur illicita, & inutilis ſecundum omnes, & maximè D. Th. 2.2. q. 88. artic. 10.

Sexta poteſt eſſe pronitas, & facilitas vouentis ad vouẽdũ, ex D. Ant. 3. p. tit. 11. c. 2. in prin.

Septima poteſt eſſe (præcipuè circa votum

caſtitatis) maxima fragilitas, & magna difficultas, quam vouens experitur ad obſeruandũ votum. vide Nau. cap. 12. num. 76. 77. & 78.

24 *De diſpenſante abſq; legitima cã.* EXAM. Superior diſpenſans abſque rationabili cauſa an peccet? & ſic diſpenſatus an ſit tutus in conſcientia?

CONF. Diſpenſans circa ea, quæ ſunt iuris poſitiui, licet peccet ſine cauſa diſpẽſando (ſed non pluſquàm venialiter) tamen diſpenſatus eſt tutus, & diſpenſatio tenet. Circa eo verò quæ ſunt iuris diuini, non ſolũ mortaliter peccat diſpenſans, verùm etiam diſpenſatus, & diſpenſatus in conſcientia non remanet tutus, & diſpenſatio eſt ipſo iure nulla. vide D. Th. 1. 2. q. 96. art. 5. & ibidem Gaiet. & vterque 2. 2. q. 88. art. 12. ad 2.

De Commutatione Votorum.

25 *Quid voti cõmutatio.* EXAM. QVID eſt commutatio voti? ſeu quid ſibi vult, vel importat votum commutare?

CONF. Commutatio eſt voti redemptio in rem meliorem, vel ſaltem æquè bonam. Ita quod votum commutare eſt votum redimere, vel in rem meliorem, vel æquè bonam permutare.

26 *Qui valeat vota cõmutare.* EXAM. Qui ſunt, qui habent facultatem ad vota commutanda?

CONF. Omnes Prælati Eccleſiaſtici, vt dictum eſt de authoritate diſpenſandi, ſecundum D. Tho. vbi ſupra, & per omnia reſpondeas de

æqualitate commutandi, ſicut diximus de æqualitate diſpenſandi.

Nota primo. Id quod dictum eſt, quod ſoli Prælati Eccleſiaſtici habent authoritatem diſpenſandi, & commutandi, intelligitur de poteſtate ex iure communi, vel ordinaria, quam ſortiuntur ex officio paſtorali, tamen eandem authoritatem poſſunt habere omnes confeſſarij ex conceſſione Bullarum, Iubilæorum, & vt delegati. *Notãd.*

Nota Secundo. quod quibus conceditur facultas ad diſpenſandum, non ob id conceditur facultas ad commutandum, neque quibus conceditur facultas ad cõmutandum, datur eis facultas ad diſpenſandum, quoniam iſta differunt ſatis ſuperq; vt inferius dicetur. Ideo illi quibus conceditur virtute Iubilæorum, vel Bullarum facultas redimendi, ſeu commutandi. non poſſunt diſpenſare, & ſi diſpenſant peccat mortaliter, quia vti aliena iuriſdictione peccatum eſt mortale. ex D. Th. 2. 2. q. 60. art. 6. ac per hoc actus ab eis factus non valet, vt dicit Gaiet. q. 88. art. 12. Et licet Sotus de iuſt. & iure lib. 8. q. 4. art. 3. contrarium aſſerat, nempe habentem facultatem ad diſpenſandum, habere etiam ad redimendum, ſiue commutandum, quoniã ſub maiori facultate includitur minor hoc tamen non eſt verùm vniuerſaliter, ſed tãtum de illis, qui habent authoritatem ex iure communi, & vt ordinarij, non tamen de illis, qui eam habent 27 *Notãd.*

virtu-

virtute priuilegiorum, vel tanquàm delegati, vide Nau. c. 12, num. 72. & 79.

28 EXAM. Quonam pacto ſunt commutanda vota? Seu in quibus ſunt redimenda?

Vota in quib. operib. ſūt redimē-da. CONF. Regulariter vota ſunt commutāda in quibuſcunque operibus pijs. Dixi regulariter, quia quando vota commutantur virtute Iubilæorum, vel Bullarum Cruciatarum, commutatio debet fieri iuxta tenorem eorum, & quoniam Bulla Cruciatæ præcipit, vt commutatio fiat in utilitatem Cruciatæ, &c. Ideo confeſſarij, aliter commutantes, perperam agunt, hinc errant commutantes in ieiunia, orationes, &c. Idem etiam præcipitur virtute aliquorum Iubilæorum.

EXAM. Quid debet perpendere bonus confeſſarius quando habet vota commutare?

29 *Quæ debeat cō-ſiderare cōfeſſor in votis commutandis.* CONF. Primo debet animaduertere ſi pœnitens mouetur ad votum redimendum ex aliqua rationabili cauſa, aut ex ſola voluntate, ob id, quia conceditur ab Eccleſia, vt quis poſſit ſola voluntate uota redimere. Si mouetur ex cauſa rationabili, commutatio eſt facienda in id, quod eſt æque bonum. Si ex mera voluntate mouetur, ſemper eſt facienda commutatio in rem meliorem, ſecundum omnes, & maximè ſecundum Caiet. 2. 2. q. 88. art. 12. & Nau. vbi ſupra num. 63.

Secundo conſideret conditionem vouentis, puta ſi eſt pauper, ſi diues, & huiuſmodi.

Tertio.

Tertio, ſi in voto peregrinationis habet cõmutare, conſideret non ſolùm expenſas a vouente faciendas, ſed etiam labores ab ipſomet nouente ſubeundos, & expenſas poteſt commutare in opera pia, labores uero in orationes, &c. Gaiet. verb. voti commutatio, & Nau. ubi ſup. num. 77. 30

EXAM. Quæ differentia eſt inter irritationem. Diſpenſationem, & Commutationem.

Differētia ĩter irr. diſ. & cõm.

CONF. Talis eſt differentia, quoniam ad irritandum ſufficit poteſtas dominatiua cum uoluntate irritandi, ita quod non requiritur authoritas Eccleſiæ, neque aliqua iuſta cauſa, ſed ſufficit tantum uoluntas illius, qui habet irritandi facultatem.

Ad diſpenſandum uero duo requiruntur, unũ authoritas Eccleſiæ in diſpenſante, alterum legitima cauſa in diſpenſato, ita quod ſi deeſt aliquod iſtorum, neque diſpenſans, neque diſpenſatus ſunt tuti in conſcientia.

Ad commutandũ uero regulariter etiã duo requiruntur, nẽpe authoritas Eccleſiæ, & cauſa rationabilis. Dixi regulariter, quia aliquando commutatio poteſt fieri abſque Eccleſię authoritate, & etiam abſque rationabili cauſa. 1

Primo non requiritur authoritas Eccleſiæ, quando conſtat in melius & gratius Deo votũ commutare V. G. habet quis uotum Hieroſolymitanum, uel aliud, poteſt illud ſua propria authoritate commutare in uotum religionis.

Secun-

Secundo. non requiritur cauſa rationabilis, quando commutatio conceditur gratioſè ab Eccleſia, vnde ſufficit mera voluntas illius, qui deſiderat, vt votum illud commutetur.

Secunda differentia talis eſt. quod irritatio, & Diſpenſatio tollunt votum, & quantū ad omnem materiam, & ad omne vinculum. Sed diſpenſatio tollit prædicta, ſtante iuſta, & rationabili cauſa; irritatio verò tollit ēt ſine rationabili cauſa. Commutatio autem tollit votum tantùm quò ad talem materiam, & quò ad tale vinculum, quia remanet aliud vinculum ſuper aliam materiam æqualem, vel maiorem, vide Gaietan. verb. voti diſpenſatio. com. & irrit. & Nauar. vbi ſupra. num. 63.

NONVM CAPVT

Examinis, erit de Materia Reſtitutionis.

1 *Definitio reſtitutionis.* EXAM. CVM frequentiſſimè (Reueren. Pater) contingat in cõfeſſionibus de Reſtitutione iudicare, ob id de reſtitutione ſermonem facere operæ pretium duxi, & primo peto. Quid eſt Reſtitutio?

CONF.

Digitized by Google

CONF. Reſtitutio eſt actus Iuſtitiæ ſpecialis cõmutatiuæ,quo redditur alteri,quod ſuum eſt,vel quod ei debetur lege iuſtitiæ formaliter vel virtualiter, de bonis animæ, vel corporis, honoris,vel pecuniæ, &c. hanc deſcriptionem habes à Nauar. cum ſua pulchra declaratione. cap. 17.num.6.

Vel ſic. Reſtituere eſt rem in priſtino ſtatu reponere,& eam reddere integrè in eo ſtatu,in quo dominus ſeruaſſet,ſi ab eo ablata fuiſſet.

EXAM. Quæ, & quot ſunt capita à peritis confeſſarijs obſeruanda,ac ſubtiliter inueſtigãda circa materiam reſtitutionis? 2 *Capita reſtitutionis*.

CONF. Octo ſunt à peritis cõfeſſorib. præ oculis habenda circa reſtitutionis vinculũ ſecundum omnes Doctores. Primum. Quis. Secũdum. Quid. Tertium. Quantum. Quartum. Cui. Quintum. Vbi. Sextum. Quando. Septimũ. Quomodo. Octauum. Quo ordine. His benè perpenſis iuſtè iudicabitur de reſtitutione facienda.

PRIMVM CAPVT Reſtitutionis.

Circa ly. Quis.

EXAM. QVIS ad reſtitutionem tenetur?

CONF. Dico ꝙ omnis reſtitutio ex duobus pendet radicibus. Iuxta Reuerendiſs. Gaiet. 22.q. 62. & in ſumma verb. Reſtitu. cap. 1. & 8. nempè ex iniuſta acceptione, & ex re alie-

re aliena accepta, aut ergo quæris de eo, qui ex prima radice tenetur, aut de eo, qui ex ſecunda radice obligatur.

EXAM. Quæro de eo, qui ex iniuſta acceptione tenetur, idest, peto quis tenetur ad reſtitutionē, quæ oritur ex iniuſta acceptione?

CONF. Quicunquè fuit cauſa iniuſtè acceptionis; & hæc eſt Regula uniuerſalis data à

3 *Reſtitutio ex parte iniuſtæ acceptionis.*

Gaiet. uerb. Reſtit. in principio.

EXAM. Quot modis poteſt cauſari iniuſta acceptio?

CONF. Decem modis uno modo principaliter agendo, & nouē modis cooperādo. Gaiet. ubi ſupra, & hi decem modi continentur in his

4 *Quot modis cauſatur iniuſta acceptio*

uerſibus antiquorum patrum. Iuſſio. Conſiliū. Conſenſus Palpo. Recurſus. Participans. Mutus. Non obſtans. Non manifeſtans.

EXAM. Explica iſtos decem modos.

CONF. Primo modo principaliter exercēdo actionem iniuſtā, ſiuè per ſe, ſiuè motu proprio, ſiuè proprio lucro, ut ille, qui furatur, qui occidit, dat ad uſuram, &c. Siuè alieno mandato, uel lucro, ut occidens mandato domini, & exercens uſuram ad utilitatem uſurarij, &c.

Secundo modo. Iubendo, ſeu præcipiendo fieri actionem iniuſtam, & eſt ſequuta actio.

Tertio modo. conſulendo efficaciter ad peragendam actionē iniquā, & ſequuta eſt actio.

Quarto modo. Palpando, ſeu adulando, uel laudando acceptionem iniuſtā ſub ſpecie boni,

ni,

ni,& ſequutus eſt effectus. Intellige quãdo laudatio eſt cauſatiua iniuſtæ acceptionis, & non quando eſt lætificatiua.

Quinto modo conſentiendo taliter,quod ex eius conſenſu ſequuta eſt actio iniqua.

Sexto modo. Participando in iniuſta acceptione,quomodolibet,ſiuè vt ſocius,ſiuè vt mediator,ſiuè vt explorator.

Septimo. Receptando cauſantes vel cõcauſantes iniuſtam acceptionem (vt tales ſunt) ſecus recipiendo tales, nõ vt factores actionis iniquæ. Sed vt proximi, &c.

Octauo. Tacendo cum poſſit,& teneatur loqui,conſulendo,vel reprehendendo.

Nono. Non obſtando, ſeu non impediendo actionẽ iniuſtã cũ teneatur,& poſſit impedire.

Decimo. Non manifeſtando,ſeu detegendo inuaſorem iniuſtè actionis ante vel poſt factũ, cum poſſit & debeat propalare.

Hinc colligitur,quod inueniuntur decem genera perſonarum,quæ tenentur ad reſtitutionẽ ratione iniuſtæ acceptionis.Primum eſt faciẽs. Secundum. Iubens. Tertium.conſulens. Quartum,conſentiens. Quintũ, palpans. Sextum. Participans. Septimum. Receptans. Octauum. Non loquens,ſeu mutus. Nonum,non obſtans. Decimum. Non manifeſtans,vide Caiet. vbi ſupra,& Nau.c.17. num.17.& 136.

EXAM. Tenentur nè omnes prædicti æqualiter ad reſtitutionem?

CONF.

5 CONF. Minimè, licet enim omnes, & ſinguli mortaliter peccent, ſicut principaliter agens & faciens delictum, non tamen omnes æqualiter ad reſtitutionem tenentur, nam primum genus ſemper tenetur ad totum. Sex verò genera ſequentia tenentur ad damnum, quod cauſauerunt, ſeu concauſauerunt, vnde ſi totum damnũ cauſauerunt ad totum tenentur, ſi verò fuerunt cauſa partis damni, ad partem illam tenentur. Tria vltima genera tenentur, quãdo ad id obligantur ex officio ſecundum ferè omnes, & maximè ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 7. & Nau. cap. 17, num. 10. & 146. etiam ſi fraudulenter, & mala volũtate tacuiſſent, aut obſtare, & manifeſtare prætermiſiſſent; dempto Gaietan. qui tenent, quod obligantur etiam ex occurrenti articulo neceſſitatis, ſi tamẽ poſſunt loqui, obſtare, aut manifeſtare ſine damno, & periculo eorum. verb. Reſt. Ibi aduerte.

De inæqualitate reſtitutionis.

6 EXAM. Quis tenetur ad reſtitutionem ex parte rei acceptæ?

Reſtitutio ex re accepta.

CONF. Quilibet habens rem alienam, tenetur eam reſtituere, & hæc eſt Regula generalis data à Gaiet. verb. Reſtit. à Nau. verò vbi ſup. num. 12. datur hæc regula generalis ex parte vtriuſq; radicis, nempè, Omnis, & ſolus ille ad reſtitutionem tenetur, qui aliquam rem alienã recepit, vel aliquid lege iuſtitiæ ſpecialis verè debet.

EXAM. Quot modis põt haberi res aliena?

CONF.

CONF. Duobus modis poteſt haberi (prout ſufficit ad propoſitũ) vel bona fide, vel mala fide. Itẽ vel res habetur in ſe ipſa, vel in ſuo effectu, vt quia habetur eius pretium, vel quia habetur res propria cõſeruata, ob id, quia vſus eſt aliena. Quomodo teneatur reſtituere ille, qui habet rem bona fide, vel mala fide, hoc habes infra in ly. Quomodo. 7 *Modi quib. habetur res aliena.*

SECVNDVM CAPVT
Reſtitutionis.

Circa ly. Quid.

EXAM. QVid eſt illud, quod eſt reſtituendum? 8

CONF. Res aliena eadem numero ſi extat, ſi vero non extat æquiualens. Fructus rei alienæ inde percepti, vel qui poterant inde percipi (ſi res erat fructifera.) Et damnũ illatum. Vel ſic. reſtituenda ſunt bona fortunæ: bona corporis, bona animæ, bona honoris ſiue famæ, ſiue ſint certa, ſiue incerta, ſiue occulta, vide Gaiet. ver. reſt. c. 2. & Nau. c. 17. num. 14.

TERTIVM CAPVT
Reſtitutionis.

Circa ly. Quantum.

EXAM. QVantum eſt reſtituendum. 9

CONF. Quantum eſt ablatũ, id-

eſt oportet reſtitui æquale, vel quantum ad æqualitatem accedit, rei malæ acceptæ, vel damni illati. Ita quod ſi quantitas rei acceptæ, vel damni illati eſt certa, tantundem eſt reſtituendum, quantum eſt ablatum, ſeu in quanto quis damnificatus eſt. Si vero quantitas eſt inerta, reſtituendũ eſt quantum bonus vir arbitrabitur, vt contingit in reſtitutione damnorum, nempè iniuriarum, percuſſionum, &c. Gaietan. verb. reſt. c. 3. & Nau. c. 17. num. 27.

QVARTVM CAPVT Reſtitutionis.

circa ly. Cui.

10 EXAM. CVI reſtituendũ. Ideſt cui debet fieri reſtitutio?

CONF. Dico cum diſtinctione, aut loqueris de reſtitutione proueniente ex parte rei acceptæ; aut de illa proueniente ex parte iniuſtæ acceptionis.

EXAM. Quæro primo modo, nempè cui eſt facienda reſtitutio prouenienſ ex parte rei acceptæ.

11 CONF. Regulariter eſt facienda domino rei, vt infra explicabitur.

Quid venit appellatione domini.

EXAM. Quid intelligitur, ſeu comprehenditur appellatione domini.

CONF. Primo intelligitur ille, qui verè eſt dominus.

Secun-

Secundo, intelligitur diſpenſator, vt Prælati Eccleſiaſtici. Gaiet. vbi ſupra.

Tertio. comprehenditur ille in cuius cuſtodiam res erat perſona, vt depoſitarius cenſetar dominus rei depoſitatæ, & commodatarius rei commodatæ, & ſator veſtis componendæ, vel ſuendæ, & fullo, ſiuè lotor veſtimentorũ, & huiuſmodi. Nauar. vbi ſupra.

EXAM. In quibus caſibus poteſt reſtitutio licitè fieri alijs, quàm domino rei. 12

CONF. In his caſibus præcipuè.

Primus caſus eſt, quãdo dñs rei eſt furioſus.

Secundus, quando dominus eſt prodigus, ſiue decoctor.

Tertius. quando dominus habet tutorem, vel curatorem.

Quartus eſt, quando Prælatus eſt dilapidator, ſiue diſſipator. Nau. cap. 17. num. 29.

Caſus in quib. reſtitutio põt fieri alijs, quã domino rei.

EXAM. Cui facienda eſt reſtitutio quando dominus eſt furioſus. 13

CONF. Ens, ſiue gladius (quando creditur ſequutarum homicidium, vel aliqua percuſſio iniuſta ipſius domini, vel ipſius detinentis) nullo pacto eſt redeũdus domino, quia eſſet in cauſa illius damni, ac ob id redendus eſt ſatis propinquis, cũ conditione, quòd deficiente amentia reddant domino, & ceſſantibus malis futuris, hęc eliciũtur ex D. Th. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 1.

De domino furioſo.

EXAM. Cui quando dominus eſt prodigus, vel decoctor.

14 *De domino prodigo.* CONF. Reddenda eſt res hæredibus, ſiuè propinquis, vel eis ad quos magis ſpectant bona prodigi.

EXAM. Cui eſt facienda quando dominus

15 *De curatore.* habet Curatorem, vel Tutorem?

CONF. Tutoris vel eius Curatori.

EXAM. Cui eſt facienda reſtitutio, quando prælatus eſt diſſipator.

16 *De prælato diſſipatore.* CONF. Reſtitutio in foro conſcientiæ poteſt, imò debet fieri Eccleſiæ, cui pręeſt, quæ eſt vera domina, conuertendo res reſtituendas in vtilitatē illius Eccleſiæ, habito ſuperioris conſilio (ſi commodè fieri poteſt.) Gaiet. verb. reſtitutio cap 4. & Nau. vbi ſupra.

17 *De domino Noto.* EXAM. Quia dominus cui eſt facienda reſtitutio (deductis his caſibus) poteſt multipliciter haberi. nempè vel eſt notus, vel ignotus, vel abſens, vel mortuus, ob id ſigillatim de his ſermonem faciã & primo peto. Quando dominus eſt notus, cui eſt facienda. Reſtitutio.

CONF. Nulli dubium eſt, quod regulariter eſt facienda domino rei noto, & non alteri, niſi in aliquibus caſibus, vt ſupra dictum eſt.

18 *De domino ignoto,* EXAM. Cui eſt facienda quando dominus eſt ignotus.

CONF. Chriſto hæredi vniuerſorum ex Gaiet. vbi ſupra.

EXAM. Quid intelligitur per Chriſtum vniuerſorum hæredem.

CONF. Pauperes intelligũtur noĩe Chriſti.

EXAM.

EXAM. Quid nomine pauperis intelligitur. 19

CONF. Primo. Comprehenduntur, ſeu intelligũtur vere perſonæ pauperes mendicãtes.

Secundo. Eccleſiæ: xenodochia, & Monaſteria indigentia ornamentis, ædificijs, calicibus, & huiuſmodi alijs.

Tertio, omnes illi qui indigent ijs, quæ ſunt eis ad decentiam neceſſaria. Nau. c. 27. nu. 93.

Quid intelligitur appellatione pauperum.

EXAM. Cui eſt facienda Reſtitutio, quando dominus eſt abſens. 20

De domino abſente.

CONF. Res reſtituenda. Aut eſt magni valoris, & faciliter, ac fideliter poteſt mitti, atq; ſine magno ſcandalo, ſi ſic, eſt reſtituenda domino abſẽti. ita quod debet domino mitti, vel ei ſignificari per nuntios, aut per literas, vt diſponat de tali re ſibi in tali loco debita. Aut eſt res minimi valoris, & non poteſt tranſmitti, & ſi poteſt, non tamen ſine magnis ſumptibus, & ſic poteſt dari pauperibus pro eius anima, ex Caiet. vbi ſupra, vel ſuis propinquis, ſeu pauperi Monaſterio cum conditione, quod ipſo verò domino reddente, eidem reſtituatur. vide. D. Th. 2. 2. q. 62. ar. 5. ad 3. & Nau. cap. 17. num. 129.

EXAM. Quando res poteſt mitti quibus expenſis eſt domino mittenda? domini, aut detinentis iniuſtè. 21

Quibus expẽſis mittẽda eſt res aliena.

CONF. Debet mitti ſumptibus iniuſtè detinentis, quoniam ſemper fuit in culpa, & mora, nè dominus re ſua vteretur. Hic aduerte

quod ſecundum aliquos datur hæc diſtinctio, & dicunt,quod ſi is,qui ad reſtitutionem tenetur, eſt vſurarius, talis ſi ſe abſentauit à loco vbi erant reſtituendæ vſuræ,tenentur ſuis ſumptibus mittere reſtitutionem vſuræ ijs quibus debet. Si vero illi, quibus erant reſtituendæ vſuræ,a loco receſſerunt, poteſt mittere reſtitutionem vſuræ eorum expenſis.Sed iſti (pace eorum) toto cœlo errant.quoniam vſurarius ſemper fuit in culda,& mora,ac ob id culpa eius nõ debet ſibi prodeſſe,& alijs obeſſe. Hinc reſolutè dicendum eſt cum doctiſſimo. Gaiet. 2.2.q.6.ar.5.ibi in reſp.ad ſecundum,quod reſtitutio faciẽda,aut procedit ex iuſta acceptione,vt puta, quia quis tenetur, ſeu debet reſtituere ea quæ debet ex contractu licito, vt cõmodata,empta, & ſimilia. Aut procedit ex iniuſta acceptione,puta quia quis debet reſtituere, furto ſubtracta, vſuris extorta, aut alia fraude acquiſita. Si loquimur de eo,qui debet, & tenetur ex iuſta acceptione,dico quod ſi talis ſe abſentauit à loco,vbi tenebatur reſtitutionem facere,tenetur mittere rem debitam ſuis ſumptibus domino rei, niſi aliud domino
12 videbitur.Si verò ſe abſentauit dominus, ſiue creditor.Tunc conſiderandum eſt ſi abſentauit ſe antè præfixum tempus,quo tenebatur reſtituere, & ſi ſic dico quod debitor non tenetur mittere rem debitã creditori ſuis ſumptibus, ſed expenſis domini, quia debitor non fuit in dolo

Error aliquorum.

Reſolutio ſcitu digna.

dolo,ſeu in mora inſoluendo,quia ſi non ſe abſentaſſet dominus,iã ſatisfeciſſet. Si vero dñs ſe abſentauit poſt tẽpus præfixũ ſolutioni,dico quod tenetur debitor ſuis expenſis rem domino mittere,quia debitor fuit in mora. Si loquimur de eo,qui tenetur reſtituere ratione iniuſtę acceptionis,dico reſolutè cũ eodem Gaiet. ibidem,quod ſemper tenetur proprijs ſumptibus mittere rem domino debitam, ſiue ſe abſentauit à loco debitor,ſiue creditor ſeu dominus,quia iniuſtè accipiens ſemper fuit in culpa,& remanet in mora, & culpa eius nõ debet ſibi patrocinari, & domino obeſſe.

EXAM. Si res miſſa perit caſu fortuito, cui perit? domino an mittenti?

CONF. Diſtinguo. Aut res miſſa reſtituitur, eadem numero,puta eadẽ veſtis,idẽ equs, &c. ſi ſic dico quod ſi perit,domino perit, quia res quæ eadẽ numero mittitur, eſt in domino creditoris, ideo ſi perit, domino perit. Aut res, quæ mittitur, non eadem numero reſtituitur, ſed æquiualens,ſi ſic,dico quod ſi perit,debitori perit,quia res, quæ eadem numero non eſt, dũ mittitur eſt in dominio debitoris, ideo debitori perit. Benè verum eſt tamen,quod ſi dominus quando ſe abſentauit non poterat res ſuas ſecum ferre ſine aliquibus expenſis, tunc debitor non tenetur rem debitam mittere omnibus ſuis expenſis, ſed illis tantum, deductis expenſis, quas dominus feciſſet in aſportandis 22 *Cui perit res miſſa ſi perit.*

ſuis rebus. Vide Nau.c.17. num.185.

23 EXAM. Cui redendum, ſiue reſtituendum eſt quando dominus eſt mortuus?

CONF. Reſtitutio facienda eſt hæredibus (ſi extant hæredes) ſin autem Chriſto hæredi vniuerſorum in ſuis pauperibus, vt proxime dictum eſt. Ex D.Tho.2.2.q.62.art.1. ad ſecundum.

24 EXAM. Cui eſt facienda reſtitutio proueniens ex ſecunda radice, nempè ratione iniuſtæ acceptionis.

Reſtitutio ex ſecũda radice.

CONF. Diſtinguo. quod iniuſta acceptio poteſt dici iniuſta dupppliciter. Aut ex parte tantum accipientis, ita quod acceptio ſola eſt iniuſta, puta quando quis accipit aliquid pro eo, quod præcipitur, ſeu tenetur facere, vt Iudex quãdo recipit aliquid, vt rectè iudicet, fur ne furetur, & depoſitarius, vt depoſitum redat, & huiuſmodi. Aut eſt iniuſta ex parte vtriuſq; videlicet accipientis, & dantis, ita quod turpitudo verſetur ex vtraque parte, nempè quia acceptio, & datio ſunt iniuſta, mala, vel prohibita, puta quando quis dat pro corrumpendo iudice, vt male iudicet, & Malefico, vt maleficium faciat, &c. Hac ſtante diſtinctione.

Dico primo, quod reſtitutio ratione iniuſtæ acceptionis ex parte tantũ accipientis, eſt facienda danti, ſeu damnificato ex illa iniuſta acceptione; & ratio eſt, quia qui dedit, dedit coactè, vel quaſi coactè, & ille qui accepit, recepit

cepit aliam mercedem ab illa,quæ ſibi debetur ex Gaiet.c.4.& Nau.c.17.num.31.& 33.

Dico ſecundo. quod reſtitutio ratione iniuſtæ acceptionis ex parte vtriuſque, dantis, & recipiẽtis,ita quod turpitudo verſatur ex vtraque parte,nulli eſt facienda de præcepto ſecũdum D.Ant.2.parte c.5. in principio, confirmante Nau.cap.17.num.30.& 36. At de bono Conſilio facienda eſt Eccleſiæ, vel Chriſto, in cuius iniuriam datum eſt.ſed beneuerum eſt, quod tàm malè dans, quam iniuſtè recipiens tenentur ad reſtitutionem damni proximo illati,ſi aliquid damnum eſſet ſequutum.

QVINTVM CAPVT
Reſtitutionis.

Circa ly, Vbi.

EXAM. VBi eſt facienda reſtitutio? 25
CON. Dico ad hoc quęſitũ duo.

Primum, ſi reſtitutio facienda pendet ex re accepta, facienda eſt vbi res ſita erat, vel vbi ablata fuit,nam reſtituere eſt rem in primo ſtatu,& gradu reponere.

Dico ſecundo, quod ſi pendet ex iniuſta acceptione,ibi facienda eſt,vbi patrata fuit iniuſta acceptio,ſi locus congruit reſtitutioni, tamen poteſt ſufficienter fieri vbi creditori placet & vniuerſaliter, vt vnico verbo dicam, ibi efficaciter,& ſufficiẽter efficitur reſtitutio, vbi

dominus ſeruatur indemnis vide Gaiet. verb. reſtitutio cap.5.& Nau.cap.17.num.42.& 45.

SEXTVM CAPVT
Reſtitutionis.

Circa ly. Quando.

26 EXAM. QVando eſt reſtitutio facienda. Ideſt quo tempore, quis tenetur reſtituere.

CONF. Obligatus ad reſtitutionem ſiue ex re accepta, ſiue ex iniqua acceptione tenetur ad ſtatim, & hoc quantum ad animi præparationem. Ideſt ſtatim tenetur habere animum paratum ad reſtituendum alienum (quam cito commodè poterit) nam in hoc præcepto de reſtitutione includitur præceptum negatiuum, quod obligat ſemper, & ad ſemper. nempe non detinebis alienum inuito domino. quantū vero ad exequutionē, faciēda eſt tēpore cōgruo, ſeruatis conditionibus loci, tp̄is & perſonę. Ita quod ſi ſtatim cōgruit & ſtatim poteſt. ſtatim tenetur, aliter mortaliter peccat, ſi ad tempus, ideſt certo tēpore poteſt, illo tēpore tenetur.

27 EXAM. Sunt ne aliqui caſus, in quibus poſſit, quis excuſari à reſtitutione ſtatim faciēda.

Tria excuſant à reſtitutione ſtatim faciēda.

CONF. Tria poſſent excuſare à reſtitutione ſtatim facienda.

Primum. voluntas creditoris libera, concedentis dilationem pro tempore, quo conceditur dilatio. Secun-

Secundum. Ignorantia probabilis iuris, vel facti, pro tempore quo durat talis ignorantia.

Tertium. Impotentia, pro tempore, quo durat talis impotentia. Nau. c. 17. num. 55. & Gaiet. vbi ſupra,

EXAM. In quibus caſibus reperitur iſta impotentia ad ſtatim, vel perpetuo excuſans? 28 *Sex caſus de ĩpotentia reſtituẽdi*.

CONF. In ſex caſibus.

Primus caſus, eſt ex parte extremæ neceſſitatis vitæ, puta quando quis non habet niſi neceſſaria ad ſuã, ſuorumquè vitam inopem ſuſtentandam. talis non tenetur ad ſtatim, imò ſi perpetua eſt iſta impotentia, perpetuò excuſabitur. Nau. vbi ſup. num. 56.

Secundus caſus. eſt ex parte cõditionis ſtatus. putà quando quis reſtituendo ſtatim, non poſſet viuere ſecundum decentiam ſui ſtatus & conditionis, talis nõ tenetur ad ſtatim, dũmodo dominus non eſſet in ſimili neceſſitate, vel maiori couſtitutus, quia nullus debet ſe ipſum commodare; & alterum incommodare. Nauar. vbi ſupra.

Nota tamen, quod iſta impotentia tunc excuſat debitorem, quando tenetur ex iuſta acceptione, puta ex mutuo, commodato, ex contractu, &c. quia tunc creditor tenetur dare dilationem ei. Si verò debitor tenetur ex iniuſta acceptione, & res nõ extat, tunc etiam excuſatur, dummodo habeat animum reſtituẽdi quando potuerit. Si verò res extat tenetur ad 29 *Notãd*.

ſta-

ſtatim.etiam ſi ſum ſtatum mutaret, vt ſi nobilis iniuſte tenet agrum,domum,villam. & huiuſmodi alia,tenetur ad ſtatim, etiam ſi ex illa reſtitutione a ſua nobilitate deficeret.

Tertius eſt ex parte damni animæ, corporis,vel famæ domini. puta quando quis ſtatim reſtituendo dominus incurreret damnum animæ corporis,vel famæ,talis nõ tenetur ad ſtatim. Imo peccaret dando occaſionem domino peccandi, &c. his ceſſantibus periculis tunc tenetur.

9 Quartus caſus, eſt ex parte damni animæ: corporis:vel famæ iniuſtè detinentis,aut aliorum,puta quando quis ſi ſtatim reſtitueret, incurreret damnum prædictorum, vel alter tertius incurreret prædicta ob talem reſtitutionẽ ſtatim faciendam,talis non tenetur ad ſtatim, quia nullus tenetur reſtituere bona inferioris ordinis cum iactura bonorum ſuperioris ordinis ex Gaiet.2.2. q.62. art.2. nam damna animæ corporis,vel famæ ſunt maiora dãna. quia alterioris ordinis,quàm non ſtatim reſtituere. Nauar.vbi ſup.num.56.87.& 89.

Quintus caſus eſt ex parte damni boni com munis,putà quando quis ſtatim reſtituendo ſe quereretur damnum boni cõmunis, nempè Reipublicæ,&c.talis non tenetur ad ſtatim.

Sextus caſus eſt, ex parte parui incommodi creditoris, & magni damni debitoris. puta quando quis reſtituendo ſtatim incurreret ma

gnum

gnum damnum bonorũ ſuorum, vt quia opus eſſet vendere inſtrumenta ſuæ artis, talis non tenetur ſtatim, imò tenetur dominus ei dilationem concedere, dummodo creditor non eſſet in ſimili inopia, quia (vt iam dictum eſt) nullus vt ſe commodet debet alium incommodare. Circa prædictos caſus vide Gaiet.verb. reſt.c.16.&.2.2.q.62.art.8.& Nau.c.17.num.55 & 59.& Scot.diſt.17.4.ſent.& Sotum de iuſtitia,& iure lib.4. q.7.art.4. Hinc patent caſus, in quibus quis excuſatur ab obligatione reſtitutionis.

EXAM. Qui ſunt iſti caſus a reſtitutione excuſantes.

CONF. Hi ſunt.

Primus. eſt neceſſitas de qua dictum eſt in primo caſu de non ſtatim reſtituendo. 30

Sex caſus à reſtitutione facienda excuſante.

Secundus. eſt condonatio perpetua, ſeu remiſſio, aut alia ſatisfactio, qua creditor fit contentus. dũmodo adſint duæ conditiones, prima quod fiat liberè, & ſpontè ſine vi & dolo, metu, aut aliqua fraude. Secunda. quod fiat ab eo, qui poteſt donare, & ſuorum bonorum liberam habet adminiſtrationem.

Tertius. eſt dare ſeu procurare officium aliquod, quod licite vendi poteſt, quia horum datio, vel procuratio idonea eſt ſolutio, non tamen excuſatur, quis a reſtitutione ob id, quia dedit, aut procurauit beneficium eccleſiaſticũ, aut officium quod ſine ſimonia, & peccato vendi non poteſt.

Quar-

Bona animæ,primo modo, debent hoc pacto reſtitui, nempè quando quis docuit falſam doctrinam, vel ſuſpectam,&c.tenetur reſtituere docendo veram,& ſanam doctrinam.

Bona vero animæ,ſecundò modo, debẽt ſic reſtitui. nempe quando quis induxit aliquẽ ad vitia,ad mala opera mortaliter, tenetur reſtituere dãdo operam, vt eum reducat pro poſſe ad virtutes,& bonos mores, eumq; inducendo ad pœnitentiam, & ad opera pia, ſi vero non poteſt prædicta facere,iuuet eum, vel eam orationibus, ieiunijs, eleemoſynis, &c.vt reſipiſcat.Gaiet.verb.reſtitut.cap.7.& Nau.cap.14. num.33.& cap. 17.num.13.

32 *De modo reſtituẽdi famam.*

EXAM. Quomodo eſt reſtituenda fama?

CONF. Duplici modo, ſecundum quod dupliciter fama læditur.

Primo, læditur fama iniuſte, & falſo infamando proximum.

Secundo iniuſte infamando, ſed non falſo. Si loquimur de fama primo modo læſa, hoc pacto debet reſtitui, videlicet ſi quis iniuſtè, & falſo aliquem diffamauit,tenetur reſtituere ei famam,dicendo ſe mentitum fuiſſe,aut falſum dixiſſe,vel verùm tacuiſſe, &c. Si loquimur de fama ſecũdo modo læſa,hoc pacto eſt reſtituẽda, nempè ſi quis diffamauit aliquẽ non falſò, ſed iniuſtè,detegendo ſecretum, vel reuelando peccatum occultum verùm,talis tenetur reſtituere famam,dicendo,non quidem ſe falſum

dixiſ-

dixiſſe, ſed iniuſtè diffamaſſe, aut malè, & prauè loquutum fuiſſe. ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. & 4. d. 15. q. 10. art. 5. ad 2. Vide Nau. c. 18. à num. 42. & Gaiet. vbi ſuprà.

33 Nota hic quod huiuſmodi reſtitutio facienda eſt apud populares, & vulgares, ſed quando facienda eſt apud prudentes, & doctos, ſufficit illum, quem diffamauit laudare de ſuis virtutibus, & vt eum pro bono viro habeant, nullã mentionem faciendo de delicto iuxta Gaiet. 2. 2. q. 72. ar. 3. concordante Nau. cap. 8. num. 45.

34 EXAM. Quomodo ſunt reſtituenda bona fortunæ mobilia, vel immobilia certa.

De modo reſtituẽdi bona fortunæ.

CONF. Hæc bona certa.

Aut habent reſtitui ab eo, qui erat poſſeſſor bonæ fidei.

Aut ab eo, qui erat poſſeſſor malæ fidei.

Si quæris de certa reſtituenda à poſſeſſore bone fidei, dico quod tenetur reſtituere hoc modo, videlicet, ſi eam habet in ſeipſam, tenetur eam domino reſtituere abſquè aliquo prætio. Vel poſſet abſquè ſcrupulo rem bona fide poſſeſſam reddere venditori, vel datori, & ſuam pecuniam recuperare. Ratio eſt, quia emptor plus tenetur ſibi prouidere quàm domino rei. Si verò illam non habet in ſe ipſam, ſed in ſuo effectu, tenetur reſtituere id, in quo factus eſt locupletior, ſeu ditior, & non plus. vnde ſi in nihilo factus eſt locupletior, ad nihilũ tenetur. Si verò loqueris de re reſtituenda à poſſeſſore

malæ

malæ fidei,dico qđ tenetur reſtituere hoc modo videlicet, quomodolibet res habeatur ab eo,ſiue in ſe ipſa,ſiue in ſuo effectu,ſemper tenetur ad reſtitutionẽ rei malæ habitæ, ac etiã eius in quo factus eſt ditior, quia ſemper fuit in culpa.Ex Nau.c.17.à num.7.

EXAM. Quomodo ſunt reſtituenda bona incerta? 36 *De modo reſtituẽdi ĩcerta.*

CONF. Duplici modo poſſunt reſtitui:

Primo modo, poſſunt reſtitui per ſe ipſum Chriſto,etiam abſque Epiſcopi, & Confeſſarij licentia, & hic modus eſt tutus.

Secundo poſſunt reſtitui per tertiam perſonam,ſed fidelem, qualis (vt plurimum) ſolet eſſe bonus cõfeſſarius ex Gaiet.verb. reſt.c.7. & Nau.c.17.nu.93.Imò ſi quis tenetur reſtituere incerta, & verè eſt pauper, poteſt licitè ſatisfacere præcepto de reſtitutione, ſibi retinendo, vel totum,vel partem eius, quod tenetur (maximè de conſilio confeſſarij)tanquàm vni ex pauperibus, ſecundum eundem vbi ſup. num.93.& 171.& c.25.num.123. Vide item Gaiet.2.2.q.62.art.5.ibi in Reſp. ad 3. 37 *De modo reſtituẽdi occulta.*

EXAM.Quomodo ſunt reſtituenda occulta.

CONF. Occulta duplici modo poſſunt reſtitui,vel per ſe,vel per alium fide dignũ, cautè occultando perſonam, ne eius fama lædatur. Gaiet. vbi ſupra. 38 *De modo reſtituendi priuilegiata.*

EXAM. Quomodo ſunt reſtituenda priuilegiata?

CONF. Hoc modo, nempè ſunt reſtituenda ſecundum quod leges ſtatuunt, vt publicę vſuræ, publicè reſtituantur, quia licet ſic non occultetur perſona, fama tamen non læditur, Imò magis per talem reſtitutionem fama recuperatur. Gaiet. vbi ſuprà.

Poteſt dari ſecundus modus reſpondendi primo quæſito, qui eſt vniuerſalis, & breuis. videlicet quod is, qui tenetur ad reſtitutionem, ſiue in re ſiue in damnis, poteſt ſatisfacere reſtituendo per ſe vel per tertiam perſonam fide dignam. Item formaliter ideſt realiter, & effectualiter, vel virtualiter per cōdonationem creditoris, vel per aliam ſatisfactionem, quæ ſunt quædam ſolutiones.

OCTAVVM CAPVT

Circa ly. Quo ordine.

EXAM. QVo ordine facienda eſt reſtitutio?

40 CONF. Dico quod his, qui tenetur ad reſtitutionem.

Ordo tutus in reſtitutione facienda.

Aut habet facultates ſufficientes ad omnia, & ſingula reſtituenda.

Aut nō habet vnde omnia poſſit reſtituere,

Si loqueris de primo. Dico quod talis non tenetur neceſſario ordinē ſeruare in reſtituendo, ſed poteſt ſeruare ordinem quem maluerit.

Si loqueris de ſecundo. Dico ꝙ tenetur hūc

ſequen-

ſequentem ordinem ſeruare, aliàs non remaneret tutus in conſcientia.

Ordo talis eſt.

Primò, vt prius reſtituat certa, quam incerta, niſi incerta extent in propria ſpecie, vt calix, & huiuſmodi, quoniam tunc tenetur calicē alicui Eccleſiæ reſtituere.

Secundò, inter certa reſtituat prius ea, quæ in propria forma, ſeu ſpecie extant, quàm alia, vtputa commodata, depoſitata, furto ſubtracta, &c.

Tertiò. Empta, & non ſoluta ſi extant, ſin autem pretium pro rebus venditis.

Quartò, Reſtituat bona expreſsè obligata.

Quintò Bona tacitè apothecata ſuo ordine.

Sextò. Quę debentur priuilegiatis perſonis.

Septimò. Quæ debentur alijs creditoribus, qui nō habent apothecatam, nec obligationē, tacitam vel expreſſam. De iſto ordine ſic ſeruando. Vide Gaiet. verb. reſt. & c. 8. & Nau. c. 17 à nu. 57. vſq; ad nu. 52. & D. Ant. 2. p. tit. 2. c. 7.

EXAM. Quo ordine reſtituat vſurarius? Id eſt, an prius teneatur reſtituere id, quod per vſuras ſubtraxit, an ea, quæ debet per cōtractus licitos poſt vſuras factos? 40 *Ordo ſeruandus ab vſurario.*

CONF. Hoc nempe modo, quod ſi vſurarius non habet vnde plenè omnibus reſtituat, tenetur prius reſtituere, quod debet per cōtractus licitos, quā quod obligatur per vſuras iniquè extortas, hoc tamen intelligendum eſt, ſtante

duplici conditione. Vna vt per illos contractus licitos non ſit factus pauperior ad reſtituendas vſuras. Altera, vt res vſurariæ non extent in propria ſpecie. Gaietan. vbi ſupra, & Nauar. cap. 17. num. 53.

DECIMVM CAPVT.

Examinis, erit de Matrimonio.

QVIA materia Sacramenti matrimonij (ven. ſeu Reu. Pater.) à peritis cõfeſſarijs eſt ſatis ſuperque neceſſaria, ob id opere pretium duxi a materia matrimonij examen ordiri, & primo peto.

EXAM. Quid eſt matrimonium.

CONF. Quid duplex eſt in doctrina Philoſophorum, & Theologorum, nempe quid nominis, & quid rei, de quo quid petis,

EXAM. Loquor de quid nominis.

Primo, videlicet, quid eſt matrimoniũ quan-
1 tum ad quid nominis, ideſt quid ſibi vult hoc nomen matrimonium.

Significatio nominis matrimonij.

CONF. Matrimonium idẽ eſt, quod matris munium, hoc eſt officium, vnde per matrimonij officium datur mulieribus eſſe matres.

EXAM. Quare potius hoc officium dicitur matri-

Digitized by Google

matrimonium,quam patrimonium,cum vtriquè ſit commune,& denominatio debeat fieri à digniori.

CONF.Quia in eo plus relucet officium matris, quam patris, vt inquiunt D.Thom. Hoſt. & palud.

EXAM. Quid eſt matrimonium quantum ad quid rei. *3 Diffinitio matrimonij cum quęſitis declaratorijs.*

CONF.Eſt ſacramentum,quo fit cōiunctio maris, & fœminæ, ſeu viri & mulieris, indiuiduam vitę conſuetudinem retinens,ex Nauar. c.22.num.19.& ab omnibus 4.d.26.

EXAM.Cū in cognitione diffinitionis conſiſtat totum negotium rei definitæ,ob id ſingulę particulę ſunt examinādę, dicitur .n. primo in definitione, quod matrimonium eſt Sacramentum hoc non videtur verum prima facie, quandoquidem matrimonium eſt etiam inter infideles,ſed infideles non ſunt capaces Sacramentorum, cum non ſint baptizati, ergo matrimonium non eſt Sacramentum.

CONF. Dico quod verum eſt,matrimoniū eſſe apud infideles,vt eſt contractus quidā,vel vt eſt officium naturæ, nō tamen quatenus eſt Sacramentum,modo hic deſcribitur matrimonium pro vt eſt vnum ex ſeptem Sacramentis Eccleſiæ. Nau.vbi ſupra.

EXAM. Quare dixiſti viri & mulieris, ſeu maris & fœminæ in ſingulari,& non virorū, & mulieris,ſeu mulierū,& viri in numero plurali;

CONF. Notanter dixi in ſingulari, quia neque vnus vir poteſt plures habere vxores, neq; vna mulier poteſt pluribus copulari viris, vno vel vna exiſtente viua, ex Raym, in cap. de nuptijs §. 2. Imò oppoſitum eſt hæreſis, vt habetur ex Sacro Conc. Trid. ſeſſ. 24. Cano. 2. cuius verba hæc ſunt. Si quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum anathema ſit. Itē dixi maris, & fœminæ ad differentiam Sacramenti Baptiſmi, & pœnitentiæ, quibus fit quædam coniunctio metaphorica inter Deum, & hominem ex Nau. c. 22. nu. 19. Item ad differentiam matrimonij metaphorici, quo coniungitur Chriſtus cum Eccleſia ſibi legitima ſponſa.

EXAM. Quid per coniunctionem intelligis, coniunctionem corporum tantùm, vel animorum tantum, vel vtriuſque ſimul?

CONF. Per coniunctionem, vtraquè intelligitur, ſed principaliter intelligitur de coniunctione animorum, vt fuit coniunctio B. Virginis Mariæ cum Ioſeph, & aliquarum virginum, atquè martirum. hinc ſaluatur ſubſtantia Sacramenti matrimonij in ſola coniunctione animorum. Nauar. vbi ſuprà à D. Anton. 3. parte num. 1. cap. 2.

EXAM. Quare in definitione dicitur indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens?

CONF. Ad ſignificandum, quod matrimonium eſt indiſſolubile vſq; ad mortem regulariter,

riter. Dicitur regulariter,quia etiam abſquè interuentu mortis in aliquibus caſibus poteſt diſſolui, vt proximè dicetur. Indiuiduam inquàm,quia neuter poteſt ſe alteri copulari,ſed ſibi inuicem debent fidem ſeruare, & ſibi inuicem debitum coniugale reddere, & ſe mutuo in re familiari iuuare, atquè neuter ſine alterius conſenſu poteſt continentiam profiteri.

EXAM.Dixiſti in declaratione definitionis, matrimoniũ eſſe indiſſolubile regulariter, ſed aliquando poſſe ſolui, & diuidi. quæro quot modis poteſt matrimonium diſſolui? 4 *Tribus modis diſſoluitur matrimonium.*

CONF. Matrimonium poteſt eſſe ſolubile tribus modis.

Primo modo poteſt ſolui in totum, nempè quò ad thorum: quò ad habitationem, & quò ad vinculum.

Secundo modo,poteſt ſolui quò ad thorum, & quò ad habitationem ſimul.

Tertio modo,quò ad thorum tantùm.Nau. c.22.num.21.

EXAM. Quot modis, & quomodo poteſt intotum diſſolui,nempè quò ad vinculum. 5 *Tribus modis ſoluitur quo ad vinculũ*

CONF. Tribus modis poteſt totaliter diſſolui, duobus modis antequàm ſit conſummatum copula carnali, & vno modo poſt conſummationem. Nau. vbi ſuprà.

EXAM. Oſtẽde prędictos modos ſigillatim.

CONF. Primus eſt. quando quis antequàm conſumet matrimonium ingreditur aliquã re-

ſtatim.etiam ſi ſum ſtatum muraret, vt ſi nobilis iniuſte tenet agrum,domum,villam. & huiuſmodi alia,tenetur ad ſtatim, etiam ſi ex illa reſtitutione a ſua nobilitate deficeret.

Tertius eſt ex parte damni animæ, corporis,vel famæ domini. puta quando quis ſtatim reſtituendo dominus incurreret damnum animæ corporis,vel famæ,talis nō tenetur ad ſtatim. Imo peccaret dando occaſionem domino peccandi, &c. his ceſſantibus periculis tunc tenetur.

9 Quartus caſus, eſt ex parte damni animæ: corporis:vel famæ iniuſtè detinentis,aut aliorum,puta quando quis ſi ſtatim reſtitueret, incurreret damnum prædictorum, vel alter tertius incurreret prædicta ob talem reſtitutionē ſtatim faciendam,talis non tenetur ad ſtatim, quia nullus tenetur reſtituere bona inferioris ordinis cum iactura bonorum ſuperioris ordinis ex Gaiet.2.2. q.62. art.2. nam damna animæ corporis,vel famæ ſunt maiora dāna. quia alterioris ordinis,quàm non ſtatim reſtituere. Nauar.vbi ſup.num.56.87.& 89.

Quintus caſus eſt ex parte damni boni communis,putà quando quis ſtatim reſtituendo ſequeretur damnum boni cōmunis, nempè Reipubiicæ,&c.talis non tenetur ad ſtatim.

Sextus caſus eſt, ex parte parui incommodi creditoris, & magni damni debitoris. puta quando quis reſtituendo ſtatim incurreret magnum

gnum damnum bonorũ ſuornm, vt quia opus eſſet vendere inſtrumenta ſuæ artis, talis non tenetur ſtatim, imò tenetur dominus ei dilationem concedere,dummodo creditor non eſſet in ſimili inopia, quia (vt iam dictum eſt) nullus vt ſe commodet debet alium incommo dare. Circa prædictos caſus vide Gaiet.verb. reſt.c.6.&.2.2.q.62.art.8.& Nau.c.17.num.55 & 59.& Scot.diſt.17.4.ſent.& Sotum de iuſtitia,& iure lib.4. q.7.art. 4. Hinc patent caſus, in quibus quis excuſatur ab obligatione reſtitutionis.

EXAM. Qui ſunt iſti caſus a reſtitutione ex cuſantes.

CONF. Hi ſunt.

Primus. eſt neceſſitas de qua dictum eſt in primo caſu de non ſtatim reſtituendo. 30

Sex caſus à reſtitutione faciẽda excuſante.

Secundus. eſt condonatio perpetua, ſeu remiſſio,aut alia ſatisfactio,qua creditor fit contentus.dũmodo adſint duæ conditiones,prima quod fiat liberè,& ſpontè ſine vi & dolo,metu, aut aliqua fraude.Secunda.quod fiat ab eo,qui poteſt donare, & ſuorum bonorum liberam habet adminiſtrationem.

Tertius.eſt dare ſeu procurare officium aliquod,quod licite vendi poteſt, quia horum da tio, vel procuratio idonea eſt ſolutio, non tamen excuſatur,quis a reſtitutione ob id, quia dedit,aut procurauit beneficium eccleſiaſticũ, aut officium quod ſine ſimonia,& peccato ven di non poteſt. Quar-

Bona animæ, primo modo, debent hoc pacto reſtitui, nempè quando quis docuit falſam doctrinam, vel ſuſpectam, &c. tenetur reſtituere docendo veram, & ſanam doctrinam.

Bona vero animæ, ſecundo modo, debẽt ſic reſtitui. nempe quando quis induxit aliquẽ ad vitia, ad mala opera mortaliter, tenetur reſtituere dãdo operam, vt eum reducat pro poſſe ad virtutes, & bonos mores, eumq; inducendo ad pœnitentiam, & ad opera pia, ſi vero non poteſt prædicta facere, iuuet eum, vel eam orationibus, ieiunijs, eleemoſynis, &c. vt reſipiſcat. Gaiet. verb. reſtitut. cap. 7. & Nau. cap. 14. num. 33. & cap. 17. num. 13.

32 EXAM. Quomodo eſt reſtituenda fama? *De modo reſtituẽdi famam.*

CONF. Duplici modo, ſecundum quod dupliciter fama læditur.

Primo, læditur fama iniuſte, & falſo infamando proximum,

Secundo iniuſte infamando, ſed non falſo. Si loquimur de fama primo modo læſa, hoc pacto debet reſtitui, videlicet ſi quis iniuſtè, & falſo aliquem diffamauit, tenetur reſtituere ei famam, dicendo ſe mentitum fuiſſe, aut falſum dixiſſe, vel verùm tacuiſſe, &c. Si loquimur de fama ſecũdo modo læſa, hoc pacto eſt reſtituẽda, nempè ſi quis diffamauit aliquẽ non falſo, ſed iniuſtè, detegendo ſecretum, vel reuelando peccatum occultum verùm, talis tenetur reſtituere famam, dicendo, non quidem ſe falſum

dixiſ-

dixiſſe,ſed iniuſtè diffamaſſe, aut malè, & prauè loquutum fuiſſe. ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. & 4. d. 15. q. 10. art. 5. ad 2. Vide Nau. c. 18. à num. 42. & Gaiet. vbi ſuprà.

33 Nota hic quod huiuſmodi reſtitutio facienda eſt apud populares, & vulgares, ſed quando facienda eſt apud prudentes, & doctos, ſufficit illum, quem diffamauit laudare de ſuis virtutibus, & vt eum pro bono viro habeant, nullã mentionem faciendo de delicto iuxta Gaiet. 2. 2. q. 72. ar. 3. concordante Nau. cap. 8. num. 45.

34 EXAM. Quomodo ſunt reſtituenda bona fortunæ mobilia, vel immobilia certa.

De modo reſtituẽdi bona fortunæ.

CONF. Hæc bona certa.

Aut habent reſtitui ab eo, qui erat poſſeſſor bonæ fidei.

Aut ab eo, qui erat poſſeſſor malæ fidei.

Si quæris de certa reſtituenda à poſſeſſore bone fidei, dico quod tenetur reſtituere hoc modo, videlicet, ſi eam habet in ſeipſam, tenetur eam domino reſtituere abſquè aliquo prætio. Vel poſſet abſquè ſcrupulo rem bona fide poſſeſſam reddere venditori, vel datori, & ſuam pecuniam recuperare. Ratio eſt, quia emptor plus tenetur ſibi prouidere quàm domino rei. Si verò illam non habet in ſe ipſam, ſed in ſuo effectu, tenetur reſtituere id, in quo factus eſt locupletior, ſeu ditior, & non plus. vnde ſi in nihilo factus eſt locupletior, ad nihilũ tenetur. Si verò loqueris de re reſtituenda à poſſeſſore

malæ

malæ fidei,dico q̃d tenetur reſtituere hoc modo videlicet, quomodolibet res habeatur ab eo,ſiue in ſe ipſa,ſiue in ſuo effectu, ſemper tenetur ad reſtitutionẽ rei malæ habitæ, ac etiã eius in quo factus eſt ditior, quia ſemper fuit in culpa.Ex Nau.c.17. à num.7.

EXAM. Quomodo ſunt reſtituenda bona incerta? 36 *De modo reſtituẽdi ĩcerta.*

CONF. Duplici modo poſſunt reſtitui:

Primo modo, poſſunt reſtitui per ſe ipſum Chriſto,etiam abſque Epiſcopi, & Confeſſarij licentia, & hic modus eſt tutus.

Secundo poſſunt reſtitui per tertiam perſonam,ſed fidelem, qualis (vt plurimum) ſolet eſſe bonus cõfeſſarius ex Gaiet.verb. reſt.c.7. & Nau.c.17.nu.93.Imò ſi quis tenetur reſtituere incerta, & verè eſt pauper, poteſt licitè ſatisfacere præcepto de reſtitutione, ſibi retinendo, vel totum,vel partem eius, quod tenetur (maximè de conſilio confeſſarij)tanquàm 37 vni ex pauperibus, ſecundum eundem vbi ſup. num.93.& 171.& c.25.num.123. Vide item Gaiet.2.2.q.62.art.5.ibi in Reſp. ad 3. *De modo reſtituẽdi occulta.*

EXAM.Quomodo ſunt reſtituenda occulta.

CONF. Occulta duplici modo poſſunt reſtitui,vel per ſe,vel per alium fide dignũ, cautè occultando perſonam, ne eius fama lædatur. Gaiet. vbi ſupra. 38 *De modo reſtituendi priuilegiata.*

EXAM. Quomodo ſunt reſtituenda priuilegiata?

CONF. Hoc modo, nempè ſunt reſtituenda ſecundum quod leges ſtatuunt, vt publicę vſuræ, publicè reſtituantur, quia licet ſic non occultetur perſona, fama tamen non læditur, Imò magis per talem reſtitutionem fama recuperatur. Gaiet. vbi ſupra.

Poteſt dari ſecundus modus reſpondendi primo quæſito, qui eſt vniuerſalis, & breuis. videlicet quod is, qui tenetur ad reſtitutionem, ſiue in re ſiue in damnis, poteſt ſatisfacere reſtituendo per ſe vel per tertiam perſonam fide dignam. Item formaliter ideſt realiter, & effectualiter, vel virtualiter per cōdonationem creditoris, vel per aliam ſatisfactionem, quæ ſunt quædam ſolutiones.

OCTAVVM CAPVT

Circa ly. Quo ordine.

EXAM. QVo ordine facienda eſt reſtitutio?

40 CONF. Dico quod his, qui tenetur ad reſtitutionem.

Ordo tutus in reſtitutione facienda.

Aut habet facultates ſufficientes ad omnia, & ſingula reſtituenda.

Aut nō habet vnde omnia poſſit reſtituere,

Si loqueris de primo. Dico quod talis non tenetur neceſſario ordinē ſeruare in reſtituendo, ſed poteſt ſeruare ordinem quem maluerit.

Si loqueris de ſecundo. Dico ꝙ tenetur hūc

ſequen-

Digitized by Google

ſequentem ordinem ſeruare, aliàs non remaneret tutus in conſcientia.

Ordo talis eſt.

Primò, vt prius reſtituat certa, quam incerta, niſi incerta extent in propria ſpecie; vt calix, & huiuſmodi, quoniam tunc tenetur calicē alicui Eccleſiæ reſtituere.

Secundò, inter certa reſtituat prius ea, quæ in propria forma, ſeu ſpecie extant, quàm alia, vtputa commodata, depoſitata, furto ſubtracta, &c.

Tertiò. Empta, & non ſoluta ſi extant, ſin autem pretium pro rebus venditis.

Quartò, Reſtituat bona expreſsè obligata.

Quintò Bona tacitè apothecata ſuo ordine.

Sextò. Quę debentur priuilegiatis perſonis.

Septimò. Quæ debentur alijs creditoribus, qui nō habent apothecatam, nec obligationē, tacitam vel expreſſam. De iſto ordine ſic ſeruando. Vide Gaiet. verb. reſt. & c. 8. & Nau. c. 17 à nu. 57. vſq; ad nu. 52. & D. Ant. 2. p. tit. 2. c. 7.

EXAM. Quo ordine reſtituat vſurarius? Id eſt, an prius teneatur reſtituere id, quod per vſuras ſubtraxit, an ea, quæ debet per cōtractus licitos poſt vſuras factos? 40 *Ordo ſeruandus ab vſurario.*

CONF. Hoc nempe modo, quod ſi vſurarius non habet vnde plenè omnibus reſtituat, tenetur prius reſtituere, quod debet per cōtractus licitos, quā quod obligatur per vſuras iniquè extortas, hoc tamen intelligendum eſt, ſtante

duplici condictione. Vna vt per illos contractus licitos non ſit factus pauperior ad reſtituendas vſuras. Altera, vt res vſurariæ non extent in propria ſpecie. Gaietan. vbi ſupra, & Nauar. cap. 17. num. 53.

DECIMVM CAPVT.

Examinis, erit de Matrimonio.

QVIA materia Sacramenti matrimonij (ven. ſeu Reu. Pater.) à peritis cōfeſſarijs eſt ſatis ſuperque neceſſaria, ob id opere pretium duxi a materia matrimonij examen ordiri, & primo peto.

EXAM. Quid eſt matrimonium?

CONF. Quid duplex eſt in doctrina Philoſophorum, & Theologorum, nempe quid nominis, & quid rei, de quo quid petis?

EXAM. Loquor de quid nominis.

Primo, videlicet, quid eſt matrimoniū quan-
1 tum ad quid nominis, ideſt quid ſibi vult hoc nomen matrimonium.

Significatio nominis matrimonij.

CONF. Matrimonium idē eſt, quod matris munium, hoc eſt officium, vnde per matrimonij officium datur mulieribus eſſe matres.

EXAM. Quare potius hoc officium dicitur matri-

matrimonium,quam patrimonium,cum vtriquè ſit commune,& denominatio debeat fieri à digniori.

CONF.Quia in eo plus relucet officium matris, quam patris, vt inquiunt D.Thom. Hoſt. & palud.

EXAM. Quid eſt matrimonium quantum ad quid rei. 3 *Diffinitio matrimonij cum quęſitis declaratorijs.*

CONF.Eſt ſacramentum,quo fit cõiunctio maris, & fœminæ, ſeu viri & mulieris, indiuiduam vitę conſuetudinem retinens,ex Nauar. c.22.num.19.& ab omnibus 4.d.26.

EXAM.Cũ in cognitione diffinitionis conſiſtat totum negotium rei definitæ,ob id ſingulę particulę ſunt examinãdę, dicitur .n. primo in definitione, quod matrimonium eſt Sacramentum hoc non videtur verum prima facie, quandoquidem matrimonium eſt etiam inter infideles,ſed infideles non ſunt capaces Sacramentorum, cum non ſint baptizati, ergo matrimonium non eſt Sacramentum.

CONF. Dico quod verum eſt,matrimoniũ eſſe apud infideles,vt eſt contractus quidã,vel vt eſt officium naturæ, nõ tamen quatenus eſt Sacramentum,modo hic deſcribitur matrimonium pro vt eſt vnum ex ſeptem Sacramentis Eccleſiæ. Nau.vbi ſupra.

EXAM. Quare dixiſti viri & mulieris, ſeu maris & fœminæ in ſingulari,& non virorũ, & mulieris,ſeu mulierũ,& viri in numero plurali;

CONF. Notanter dixi in ſingulari, quia nequè vnus vir poteſt plures habere vxores, neq; vna mulier poteſt pluribus copulari viris, vno vel vna exiſtente viua, ex Raym, in cap. de nuptijs §. 2. Imò oppoſitum eſt hæreſis, vt habetur ex Sacro Conc. Trid. ſeſſ. 24. Cano. 2. cuius verba hæc ſunt. Si quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum anathema ſit. Itē dixi maris, & fœminæ ad differentiam Sacramenti Baptiſmi, & pœnitentiæ, quibus fit quædam coniunctio metaphorica inter Deum, & hominem ex Nau. c. 22, nu. 19. Item ad differentiam matrimonij metaphorici, quo coniungitur Chriſtus cum Eccleſia ſibi legitima ſponſa.

EXAM. Quid per coniunctionem intelligis, coniunctionem corporum tantùm, vel animorum tantum, vel vtriuſque ſimul?

CONF. Per coniunctionem, vtraquè intelligitur, ſed principaliter intelligitur de coniunctione animorum, vt fuit coniunctio B. Virginis Mariæ cum Ioſeph, & aliquarum virginum, atquè martirum. hinc ſaluatur ſubſtantia Sacramenti matrimonij in ſola coniunctione animorum. Nauar. vbi ſuprà à D. Anton. 3. parte num. 1. cap. 2.

EXAM. Quare in definitione dicitur indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens?

CONF. Ad ſignificandum, quod matrimonium eſt indiſſolubile vſq; ad mortem regulariter,

riter. Dicitur regulariter,quia etiam abſquè interuentu mortis in aliqnibus caſibus poteſt diſſolui, vt proximè dicetur. Indiuiduam inquàm,quia neuter poteſt ſe alteri copulari,ſed ſibi inuicem debent fidem ſeruare, & ſibi inuicem debitum coniugale reddere, & ſe mutuo in re familiari iuuare, atquè neuter ſine alterius conſenſu poteſt continentiam profiteri.

EXAM.Dixiſti in declaratione definitionis, matrimoniũ eſſe indiſſolubile regulariter, ſed aliquando poſſe ſolui, & diuidi. quæro quot modis poteſt matrimonium diſſolui? 4 *Tribus modis diſſoluitur matrimonium.*

CONF. Matrimonium poteſt eſſe ſolubile tribus modis.

Primo modo poteſt ſolui in totum, nempè quò ad thorum: quò ad habitationem, & quò ad vinculum.

Secundo modo,poteſt ſolui quò ad thorum, & quò ad habitationem ſimul.

Tertio modo,quò ad thorum tantùm.Nau. c.22.num.21.

EXAM. Quot modis, & quomodo poteſt in totum diſſolui,nempè quò ad vinculum. 5 *Tribus modis ſoluitur quo ad vinculũ*

CONF.Tribus modis poteſt totaliter diſſolui,duobus modis antequàm ſit conſummatum copula carnali, & vno modo poſt conſummationem.Nau.vbi ſuprà.

EXAM.Oſtẽde prędictos modos ſigillatim.

CONF. Primus eſt. quando quis antequàm conſumet matrimonium ingreditur aliquã re-

ligionem approbatam, & ibi profitetur ſecundum D.Th.4.d.27.& iuxta Conc.Trid. ſeſſ.24. Can.6.cuius verba hæc ſunt. Si quis dixerit matrimonium ratum,non conſumatum, per ſollemnem profeſſionis religionem alterius coniugum non dirimi,anathema ſit.

Secundus, eſt quando quis antequàm conſumet matrimonium diſpenſationem à Papa impetrat,iuſta de cauſa factam (ſecundum omnes canoniſtas,& aliquos theologos)vt 5.Ant. 3.parte tit.1.c.22.& Gaiet.col.1.q.13.

Tertius eſt, quando matrimonium eſt contractum inter infideles,etiam ſi ſit conſummatum,& vir,ſiue vxor ad fidem Catholicam conuertitur, & alter non vult ei cohabitare ſine contumelia creatoris ratio huius eſt, quia inter eos non eſt matrimonium,vt Sacramentũ, ſed tantum vt naturæ officiũ, circa hos caſus. vide Nau.vbi ſupra.

Tribus modis, quo ad thorum & habitationẽ.

EXAM. Quot modis poteſt diſſolui, quo ad thorum,& quo ad habitationem ſimul.

CONF. Tribus modis.

Primus eſt, quando alter coniugum adulterium commiſit,ſed hæc ſolutio non poteſt fieri propria auctoritate,ſed auctoritate iudicis Eccleſiaſtici, at ob adulterium non poteſt ſolui matrimonij vinculum, vt definitur a Sac. Côc. Trid. ſeſſ. 24. can.7. contra Gaiet. ſuper illud Matth 19. Quicunque dimiſerit, &c. vbi tenet quod licet viro ob vxoris adulterium eam to-

taliter

taliter dimittere, & aliam ducere; licet hoc teneat ſalua Eccleſiæ auctooritate.

Secundus modus eſt. quando alter coniugũ exiſtens Catholicus, vel Catholica inducitur ab altero exiſtente hæretico, vel hæretica ad ſuam hæreſim: neque hoc modo ſoluitur matrimonij vinculum ex determinatione Concil. Trid. vbi ſup. can. 5.

Tertius. quando alter coniugum inducitur ab altero ad mortaliter delinquendum, & non poteſt ab inducendo retrahi. Circa hos caſus vide Nau. vbi ſuprà nu. 22. Imò etiam quarto 7
propter ſeuitiam coniugis, & aliàs cauſas. &c. *Nota hic*

Nota hic quod coniux à coniuge nō poteſt diſcedere, neque ob morbum Gallicum, neque ob lepram. Imò neq; ob amentiam, niſi immineret, probabile mortis periculum.

EXAM. Quot modis poteſt ſolui, quò ad 8
thorum tantùm. *Vno modo, quo ad thorum.*

CONF. Vno tantum modo regulariter. nēpè propter peccatum adulterij ab altero coniugum commiſſum, ſiuè ſit publicum, ſiuè occultum, & hæc diuiſio poteſt fieri ſola auctoritate Euangelij abſq; alia iudicis auctoritate. Pro his modis ſolutionis, ſeu ſolubilitatis] vide Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 8.

De Materia, & Forma Sacramenti Matrimonij.

EXAM. CVm omne Sacramentum ex materia conſtet, & forma, iuxta inrefra-

refragabilem doctrinam D.Th. 3.p. cõfirmatã ex Sacro Conc.Trid.vt ſupra dictum eſt, quæro, quænam eſt materia huius Sacramenti.

CONF. Materia eſt expreſſus conſenſus legitimus, perſonarum ad cõtrahendum idonearum Nau.vbi ſup.num.21.

10 EXAM. Quæ eſt eius forma.

Forma eiuſdẽ. CONF. Sunt verba, vel ſigna, aut etiam aliquando taciturnitas, quibus exprimitur conſenſus. Nau. vbi ſuprà.

11 EXAM. Quæ ſunt iſta verba, quibus exprimitur conſenſus matrimonialis coniugum.

De verbis quibus exprimitur cõſenſus. CONF. Hæc, vel ſimilia. Ego te in meam vxorem accepto. Ego te in meum virum accipio, vel conſentio in te tãquam in meum virũ, vel in meam vxorem, vel ab hoc tempore pro mea vxore, vel marito habeo, vel volo te de cętero in meũ, vel meam coniugem, vel volo ꝙ ſi meus, vel mea vxor, &c.

Dummodo, his verbis exprimatur cõſenſus verus, quia ſine vero conſenſu quæcunque verba dicantur (etiam ſequuta carnali copula) nõ eſt verum matrimonium, licet poſſit eſſe præſumptum. Nau. vbi ſup.

Vel ſic poteſt reſpõderi primo quæſito, quod coniuges ſe habent, vt materia, & verba vt forma, ſecundum Pal.4.d.26. At ſecundum D.Th. 4.d.26.q.2.art.1.& 2.& 4.d.1.q.1.art.1.q.52. verba vnius coniugis ſunt forma, & verba alterius coniugis ſunt materia, puta verba quæ pri

mo

mo proferuntur ſunt materia, & quæ vltimo proferuntur, ſunt forma, quia perficiunt Sacramentum.

EXAM. Quando fuit inſtitutum matrimonium. 21 *Tempora quib. fuit inſtitutũ.*

CONF. In diuerſis temporibus diuerſimode fuit inſtitutum.

Primo, fuit inſtitutum ante peccatum.

Secundo, poſt peccatum.

Tertio, in lege Moyſi.

Quarto, in lege Noua.

Ante peccatum, ſiuè in lege gratiæ fuit inſtitutum inquantum ordinabatur ad multiplicationem ſpeciei.

In lege naturæ, ſiue poſt peccatum fuit inſtitutum inquantum ordinabatur in remedium contra peccatum luxuriæ.

In lege Moyſi, ſiue in lege veteri fuit inſtitutum inquantum ordinabatur in determinationem perſonarum ad contrahendũ legitimarũ.

In lege noua, ſiue gratiæ, fuit inſtitutum inquantum repreſentat coniunctionem Chriſti cum Eccleſia. D.Th.4.d.16.

EXAM. Quare fuit inſtitutum matrimoniũ ſiue ex quibus de cauſis fuit inſtitutum. 13 *Cauſæ inſtitutionis matrimonÿ.*

CONF. Duabus ex cauſis principaliter.

Prima cauſa eſt, vt multiplicarentur indiuidua ſpeciei humanæ, iuxta illud Gen. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.

Secunda cauſa eſt, vt vitetur fornicatio, iuxta il-

ta illud Paul. 1. Corin. 3. Propter fornicationē vnuſquiſque habeat vxorem, & vnaquæquè ſuum virum.

Prima cauſa fuit ante peccatum.

Secunda, fuit poſt peccatū. Secūdariæ cauſę poſſunt eſſe multe, quas nō eſt opus enarrare.

14 EXAM. Qui ſunt illi, qui poſſunt legitime contrahere matrimoniū, vt eſt Sacramētum & quæ ætas in contrahendo requiritur.

Contrahere qui poſſit & qua ætate.

CONF. Soli homines baptizati, iuditio non expertes, ac ætate legitima exiſtentes, niſi ſpecialiter prohibeatur, vel aliquot impedimentum intercidat. Nau. c. 22. num. 29.

EXAM. Declara ſingulas particulas in hoc dicto contentas.

CONF. Dixi homines baptizati, quia licet, non baptizati poſſint contrahere matrimoniū vt eſt contractus quidam in officium naturæ, non tamen vt eſt Sacramentum, dixi iuditio non expertes, quia inſani & fuorioſi non habētes lucida interualla nequeunt contrahere. Imò Ebrij dum ſunt in ſua ebrietate, dixi ætate legitima, quia legitima ætas in fœminis eſt ætas xij. annorum completorum, in maſculis uero ætas xiiij. annorum etiam complettorū, niſi malitia ſuppleret ætatem, & ratio eſt ſecundum Ariſt. quia ante illam ætatem nō ſunt habiles ad generandum, &c. hinc ante prædictos annos non datur matrimonium, licet dentur ſponſalia, ad quæ contrahenda in utriſque

requi-

requiritur ætas ſeptem annorum, vel propè ſeptennium ſecundum D. Th 4.d. 27. vide Nau. cap. 22. num. 29.

De impedimentis in genere in matrimonij contrahendis.

EXAM. Quotuplex impedimentum reperi tur nè poſſit verè, & ſanctè contrahi matrimonium? 15 *Impedimētum matrimonijin genere eſt duplex.*

CONF Duplex eſt impedimentum in genere, ſecundum omnes Doctores 4.d 34.& maxime, D. Thom. vnum quod dicitur impediens, & diimens ſimul, & hoc eſt illud quod impedit contrahendum, & dirimit cōtractum, ideſt facit quod contrahens cum tali impedimēto, non ſolùm peccet, ſed etiam quod matrimonium ſic cōtractum nullum redatur. Alterum eſt impediens tantum, & hoc eſt illud, quod impedit contrahendum, & non dirimit contractum, ideſt facit quod contrahens cum tali impedimento peccet mortaliter, tamen matrimonium ſic contractum non annullat. vide Nau. vbi ſuprà, & Caiet. verb. matrimonium.

Nota hic quod impedimentum dirimens tunc dirimit, & annullat matrimonium cōtractum, quando tale impedimentum præceſſit matrimonium, ſecus eſt ſi ſuperueniat matrimonio ritè facto, vt affinitas, vel crimē, & huiuſmodi, quia ſic non dirimit, præter vnum religionis votum, quia quis poſt matrimonium contractum ante carnalem copulam poteſt re- *Notād.*

ligio-

ligionem ingredi, & ſic dirimitur ſi profeſſionem emittit ſecundum D.Th.4.d.27.

De impedimentis in ſpecie.

17 *Duodecim impedimẽta dirimentia.* EXAM. QVę,& quot sũt impedimẽta impedientia,ſimul ac dirimẽtia.

CONF. Duodecim, quæ his verſibus continentur. Error: Conditio: Votum; Cognatio: Crimen. Cultus diſparitas: Vis: Ordo: ligamen: Honeſtas. Si ſis affinis: Si fortè cohire nequibus. Hæc socianda vetant, conubia facta retractant. Vide Gaiet. verb. matrimon. & Nauar. cap.22.à num.29.

De impedimento erroris.

18 *Error triplex & qui impedit & dirimit.* EXAM. CIrca impedimentum, quod dicitur error peto, qui error impedit, & dirimit matrimonium.

CONF. Error duplex eſt, quidam põt eſſe error perſonę, & quidam fortunę, ſeu qualitatis. Error in perſona eſt ille, qui impedit, & dirimit & nõ error in fortuna, ſeu qualitatibus. Errat in perſona ille, qui intendit contrahere cũ Ioanna, & contrahit cum Antonia. Item errat in perſona, qui intendens cõtrahere cum filio talis, vel talis Regis, Ducis, vel Principis, contrahit cum illo, qui non eſt filius talis Regis, &c. Erratur in fortuna, ſeu qualitatibus, quando quis intendit contrahere cum virgine: nobili: diuine: & cum perſona bonæ famæ, &c. & nihilo-

hilominus eſt infamis.pauper,ignobilis, & cor rupta. Nauar.cap.22. num.32. & Gaiet. verb. matrimonium ibi quorum ſumma.

De impedimento conditionis.

EXAM. CIrca ſecundum impedimentum, quod eſt cõditio. q̃ro quæ con ditio requiritur, vt nullum ſit matrimonium? 19 *Cõditio ſeruilis imp. & dirimit*

CONF. conditio ſeruilis ignorata à libero contrahente, annullat matrimonium, puta ſi liber ignoranter contrahit cum ſerua, vel libe ra ignoranter cum ſeruo, nullum eſt matrimonium, ſecus ſi ſcienter contraxerunt Gaietan. verb.matrim.ibi ſecundum,& Nauar. c.22.nu. 33. Si vero liber ignoranter contrahit cũ ſerua,& poſtea factus certior de illius ſeruitute conſentit in eam vxorario affectu, ſaltem per copulam, ratum eſt matrimonium. Imò ſi quan do contraxit tunc ſciret ſeruitutem, & tamen contraheret, validum eſſet matrimonium. Si verò ſeruus putat ſe contrahere cum libera,& re vera eſt ancilla, tenet matrimonium ſecundum D.Th.in additionibus q.52.art.1.ad 1.& ſecundum alios.

De impedimento voti.

EXAM. CIrca tertium impedimentum, qđ eſt Votũ. poſco quod votũ impedit contrahendum, & dirimit contractũ? 20 *Votum duplex & quod dirimit*

CONF. Votum duplex eſt. Vnum ſolemne, & al-

& alterum ſimplex hoc impedimentum ſolũmodo cauſat votũ ſolemne. nè dum illud, quod contrahitur per Sacri Ordinis ſuſceptionem, verùm multo quoque illud, quod emittitur per profeſsionem expreſſam, vel tacitam alicuius Religionis approbatę, ita quod aſtrictus voto ſolemni, contrahens matrimoniũ nè dum peccat mortaliter, uerùm etiam eſt excommunicatus per Clem. 1. de conſan. & affin. & matrimonium nullum eſt. Nauar, ubi ſup. num. 35. & Caiet. ubi ſuprà ibi tertium.

De impedimento cognationis.

21 *Cognatio triplex.* EXAM. Circa quartum impedimentum, quod dicitur cognatio, poſtulo, quæ cognatio cauſat hoc impedimentum?

CONF. Cognatio triplex eſt, una dicitur naturalis, ſiue carnalis, q̃ dicitur conſanguinitas.

Secunda, eſt ſpiritulis, quæ dicitur compaternitas.

Tertia, eſt legalis, quæ dicitur adoptio. Quęlibet cognatio hoc cauſat impedimentum, ſed quælibet ſecundum ſuum gradum, cum omnis cognatio ſuos habeat gradus.

De cognatione naturali.

22 *Cognaturalis quid.* EXAM. Qvid eſt cognatio naturalis, quæ dicitur conſanguinitas?

CONF. Eſt uinculum perſonarum ab eodẽ ſtipite deſcendentium, carnali propagine contra-

tractum, ex Ray. vnde conſanguinitas eſt quaſi ſanguinis vnitas. Vel ſic, conſanguinitas eſt propinquitas duarum perſonarum, quarũ vna ex altera, vel ambæ ex eodem ſtipite deſcendunt, ex gloſſa teſte Nau vbi ſup. num. 41.

EXAM. Quia in iſta cognatione conſanguinitatis ſunt plures gradus, ſiue lineæ, peto in quibus gradibus tollit matrimonium? 23 *In quib. gradib. dirimit.*

CONF. Iſta cognatio impedit & dirimit vſque ad quartum gradum incluſiuè. Ita quod inter conſanguineos, & conſanguineas, 1. 2. 3. & 4. gradibus non poteſt eſſe matrimoniũ raptum. Gaiet. vbi ſup. ibi in 4. & Nauar. vbi ſup. num. 36. & 42.

De cognatione ſpirituali.

EXAM. QVid eſt cognatio ſpiritualis? 24 *Cognatio ſpiritualis quid.*

Eſt attinentia duarum perſonarum, quæ ex ſtatuto Eccleſiæ per Baptiſmi, & Confirmationis adminiſtrationem oritur, ſecundũ omnes 4. d. 40. maximè ſecundũ D. Th.

EXAM. Quia item iſta cognatio ſuas habet lineas, ſiue gradus, in quibus gradibus dirimit matrimonium? 25 *In quib. gradib. dirimit.*

CONF. Iſta cognatio olim iure antiquo tollebat matrimoniũ ſm̃ oẽs tres gradus, quos habebat, nempè ſm̃ paternitatẽ: Compaternitatẽ & Confraternitatem, hodie verò iure nouo Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reform. matr. ceſſat tertius gradus, & in parte ſecũdus, nẽpè ceſſat cognatio fraternitatis, & ex parte cognatio

L compa-

cōpaternitatis verba Con. hæc ſunt S. Synod. ſtatuit vt vnus tantū, ſiue vir ſiue mulier, iuxta Sacror. Canon. inſtituta, vel ad ſūmū vnus, vel vna baptizatū de Baptiſmo ſuſcipiant, inter quos, ac baptizatū ipſum, & illius patrē, & matrē nec non inter baptizantē, & baptizatū, baptizatiq; patrē, & matrē tantū, ſpiritualis cognatio contrahatur. Ea quoq; cognatio, quę ex confirmatione contrahitur, confirmantē, & cōfirmatū, illiuſq; patrem & matrē, ac tenentem non egrediatur. Omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimētis omnino ſublatis. Vide Nau. c. 22. nu. 36. 37. & 44.

De cognatione legali.

EXAM. QVid eſt cognatio legalis.

26 CONF. Eſt propinquitas ex adoptione alicuius in filium vel filiam proueniēs, ex 4. d. 40. & Nau. cap 22. num. 44.

Cognatio legalis quid.

EXAM. Secundum quas lineas iſta cognatio

27 imped. & dirimit matrimonium.

In quib. grad. eb. dirimit.

CONF. Tollit matrimonium ſecundum omnes tres lineas.

Prima eſt, aſcendentis, & deſcendentium, & eſt inter adoptantem, & adoptatum, ac illius filium, & inter filium filij, &c.

Secunda eſt, tranſuerſalis, & eſt inter adoptatum, & filios legitimos, & naturales adoptantis durante adoptione.

Tertia eſt, inter vxorem adoptantis, & adoptatū, & inter adoptantē & vxorem adoptati, ſed

ſed tñ prima,& tertia cognatio eſt perpetua, ſecunda eſt temporalis. Vide Gaiet. verb. matrim. ibi cognatio legalis, & Nau. c. 22. nu. 44.

De impedimento criminis.

EXAM. Circa quintũ impedimentũ quod eſt crimen, poſco quot, & quæ crimina cauſant hoc impedimentum. 28 *Crimen triplex.*

CONF. Duo, aut tria.

Primo. Crimen Adulterij.

Secundo. Crimen homicidij.

Tertio. Crimen Raptus.

EXAM. In quibus caſibus incurritur crimẽ homicidij.

CONF. In tribus.

Primus, eſt ex puro homicidio.

Secundus eſt, ex homicidio mixto.

Tertius, etiam ex homicidio miſto.

EXA. In quibus incurritur crimẽ. Adulterij.

CONF. In duobus. 29

Primus eſt, ex adulterio miſto promiſſioni fidei vallatæ. *Tres caſus homicidij dirimẽtes.*

Secundus eſt, ex adulterio mixto contra ctui, ex Gaiet. ibi quintum impedimentum.

EXAM. In quibus caſibus inuenitur crimen Raptus.

CONF. In vno tantùm caſu, &c.

EXAM. Explica illos tres caſus de crimine homicidij.

CONF. Primus caſus eſt, quando alter coniugũ procurat occidi alterũ per tertiã perſo-

nam. & ſecutum eſt homicidium, tunc inter illũ coniugem remanentẽ, & illam tertiã perſonam, non põt eſſe matrimonium in æternũ. Etiã ſi dictum homicidiũ fuiſſet factum abſq; animo contrahendi cum tali homicida, ſecundum mentem Gaiet. verb. matri ibi, & ſcito.

Secundus caſus eſt, qñ alter coniugũ adulteratur cum aliquo, & per ſe, vel per tertiã perſo nã occidit alterum coniugũ, tunc inter coniugem remanentẽ, & illam tertiã perſonam cum quà fuit cõmiſſum adulterium, non põt eſſe validũ matrimonium: Etiam itẽ ſi homicidiũ ſit patratũ abſq, intẽtione cõtrahẽdi ſecundũ mẽtem Gaiet. vbi ſup. ibi ſecundus caſus, contra multos, & certè hæc Gaiet. ſententia eſt ſecurior, quam in capitulis iuris nõ apponitur hæc conditio, quam illi apponunt.

Tertius caſus eſt. qñ alter coniugũ occidit alterum, vt illũ vel illam habeat in coniugem, tunc inter coniugem homicidam, & illum vel illam relictam, non poteſt eſſe validum matrimonium. Gaietan. vbi ſupra aduerte.

30 EXAM. Explica illos duos caſus de crimine adulterij.

Duo caſus adulterij dirimẽtes

CONF. Primus caſus eſt. qñ vir adulteratur cum aliqua muliere, cũ promiſſione, quod eam in ſuam vxorem accipiet mortuo ſuo viro, vel econuerſo, tunc inter iſtos adulteros cum tali promiſſione non poteſt eſſe matrimonium imperpetuum. Gaiet. verbo vbi ſup. ibi 39. caſus.

Secun-

Secundus caſus eſt. qñ vir adulteratur cum aliqua muliere,& vltra hoc (non obſtãte quod alter eorum ſit ligatus alteri coniugio) cõtrahit matrimoniũ de præſenti,tunc inter iſtos adulteros cum tali contractu matrimonij non poteſt eſſe vnquam matrimonium. Gaiet. vbi ſupra ibi quartus caſus.

EXAM. Explica caſum de crimine raptus. 31

CONF. Caſus talis eſt ex iure nouo Conc. Trid. nẽpè] quamdiu rapta eſt in poteſtate raptoris, tunc inter raptã & raptorem nõ poteſt eſſe matrimoniũ, ſecus ſi ſeparata a raptore,& in loco tuto poſita libere cõſentiat. Ita definitur a Con.ſeſſ.24.c.6.per hæc verba. Decernit Sancta Synodus inter raptorẽ & raptam, quãdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit,nullum poſſe conſiſtere matrimonium, quod ſi rapta a raptore ſeparata,& in loco tuto,& libero conſtituta,conſenſerit illum habere in virum,eam raptor in vxorẽ habeat,& nihilominus raptor ipſe,ac omnes illi conſiliũ,auxiliũ, & fauorem præbentes ſint ipſo iure excõicati,ac perpetuo infames,omniumq; dignitatũ incapaces, & ſi clerici fuerint pro primo gradu decidant. teneatur item raptor eam, ſiuè duxerit ſiuè non dotare arbitrio iudicis, &c.

Caſus criminis raptus.

De diſparitate cultus.

EXAM. Circa ſeptimum impedimentum, qđ eſt cultus diſparitas. quæro 32

Diſparitas cul-

tus duplex, & quæ dirimit. quæ diſparitas cultus impedit, & dirimit matrimonium.

CONF. Non diſparitas cultus, quæ eſt inter Catholicos, & Hæreticos, ſed tm̃ illa cultus diſparitas, quæ eſt inter baptizatos, & nõ baptizatos. Ita quod matrimoniũ contractum inter baptizatos, & nõ baptizatos eſt nullum; ſecus de matrimonio contracto cum hæretico, vel hæretica, Gaiet. ibi diſparitas cultus, & Nauar. cap. 22. num. 28. & 89.

De Violentia.

33 *Metus, qui dirimit.* EXAM. Circa ſeptimum impedimentum, quod dicitur vis, peto quæ violentia, ſiue qui metus impedit, & dirimit.

CONF. Violentia abſoluta, & metus, qui poteſt cadere in virum conſtantem caſſat matrimonium. Iſta tamen violentia, ſeu metus poteſt reduci ad quatuor capita.

Primo, ad metum mortis.

Secundo, ad metum verberum.

Tertio, ad metum ſtatus, ideſt libertatis.

Quarto, ad metũ ſtupri, ita quod quicunque contrahit matrimonium aliquo prædictorũ modorum matrimonium nullũ redditur, quia prædictis quatuor modis non conſentitur libere & ſufficienter. Imo eſt tã͞ç vis metus iuſtus, quod non ſolum annihilat matrimonium eius, qui ob illum fingit ſe cõ entire, ſed etiam eius qui vere conſentit ſecundum D. Th. 4. d. 29. & ex Nau. cap. 22. num. 50. & 51.

De

De impedimento Ordinis.

EXAM. Circa octauum impedimentum, quod dicitur Ordo; quæro qui ordo hoc cauſat impedimentum. 34 *Ordo qui dirimit.*

CONF. Ordo ſacer id efficit, ita quod ordinatus in Sacris Ordinibus ſi contrahit matrimoniũ vltra mortale, qđ cõmittit, eſt etiã excõicatus Clem. 1. & matrimoniũ eſt nullũ, quia Sacris Ordinibus eſt annxum votũ ſolemnæ caſtitatis, quod impedit, & dirimit Gaiet. ibi 8. & Nau. c. 22. nu 52. & Conc. Trid. ſic deffinit his verbis. Si quis dixerit Clericos in Sacri Ordinibus conſtitutos, &c. Anathema ſit.

De Ligamine.

EXAM. Circa nonũ impedimentum, quod dicitur ligamẽ poſtulo, quod ligamen, ſeu quæ ligatio impedit, & dirimit matrimonium. 35 *Ligamẽ quod dirimit.*

CONF Ligamen, ſeu ligatio alterius coniugis id efficit. Ita quod ligatus per verba de pręſenti alteri mulieri, non poteſt cum altera cõtrahere, & ſi contrahit vltra mortale, matrimonium eſt irritum. Gaiet. vbi ſuprà, & Nau. vbi ſup. num. 53.

De honeſtate.

EXAM. Circa decimũ impedimentũ, quod dicitur iuſtitia publicæ honeſtatis. peto quid eſt iuſtitia publicæ honeſtatis. 36 *Iuſtitia publicæ honeſtatis quid.*

CONF. Eſt propinquitas ex ſpõſalibus proueniẽs, robur trahens ab Eccleſiæ inſtitutione

propter honeſtatẽ eius, ſecundum D. Thom. 4. d. 41. & ſecundum omnes.

37 *In quib. gradib. impedit & dirimit.* EXAM. Hoc impedimentum publicæ honeſtatis quo impedit & dirimit matrimonium.

CONF. Impedit & dirimit inter eos, qui iã cõtractis ſponſalibus, vel matrimonio validis cum aliqua, contraxerunt ſponſalia, vel matrimoniũ cum altera illius conſanguinea. Gaiet. vbi ſup. ibi decimum, & Nau. vbi ſup. num. 57.

38 EXAM. Vſquè ad quem gradum conſanguinitatis vetat eos, inter quos fuerunt ſponſalia, non poſſe contrahere cum conſanguineis.

CONF. Olim vetabat vſq; ad quartũ gradũ (ẽt ſi ſponſalia, & matrimoniũ erant inualida) ſufficiebat enim olim purè fuiſſe cõtracta ſine defectu conſenſus, &c. Nunc iure nouo Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. nulla ſpõſalia, nequè matrimonium inualida (etiam publicè contracta) producunt hoc impedimẽtũ, neq; etiã valida vltra primum gradũ conſanguinitatis. Ita quod hoc impedimentum vetat tantum in primo gradu & non vltra, vide Nau. c. 22. à nu. 57. &c. verba Concilij hæc ſunt.

Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum, vbi ſpõſalia quacunq; ratione valida nõ erunt Sancta Synodus prorſus tollit. vbi autẽ valida fuerint primum gradum non excedant, &c.

39 *De affinitate.*

Affinitas quid. EXAM. Circa vndecimũ impedimentũ, qđ eſt affinitas, q̃ro quid eſt affinitas

CONF. Eſt propinquitas duarũ perſonarũ qua-

quarum vna cũ conſanguinea alterius copulã habuit, ex gloſa adducta a Nau.c.22. num.42. Vel ſic affinitas eſt parẽtela cõtracta ex carnali copula naturali, conſumata viri, & mulieris.

EXAM. Vſque ad quem gradum impedit, & dirimit iſta affinitas? 40 *In quib. gradib. dirimit*

CONF. Affinitas duplex eſt. vna dicitur legitima, & altera illegitima.

Prima, oritur ex legitima copula.

Secunda, naſcitur ex illegitimo concubitu.

Tũc dico, quod olim iure antiquo, omnis affinitas cauſabat hoc impedimentum vſque ad quartum gradum incluſiue.

Hodie verò iure nouo Cõc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. Affinitas ex illegitima copula orta dirimit vſquè ad ſecundum gradum tantùm incluſiuè. verba Concilij hæc ſunt.

Præterea Sancta Synodus eiſdem & alijs grauiſſimis de cauſis adducta impedimentũ, quod propter affinitatem ex fornicatione contractã inducitur, & matrimonium poſtea factum dirimit ad eos tantũ, qui in primo & ſecũdo gradu coniunguntur reſtringit. In vlterioribus verò gradibus ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimoniũ poſtea contractum nõ dirimere. Imò neq; impedit, vt habetur ex motu proprio Pij V. verbi gratia. Si Petrus carnaliter cognoſcit Antoniam, tunc Petrus non põt contrahere cũ conſanguineis Antoniæ, quia omnes conſanguinei Antoniæ facti ſunt affines Petri. Similiter

ter Antonia non poteſt contrahere cum conſanguineis Petri, annihilaute hoc impedimento, quia omnes conſanguinei Petri ſunt ei affines. Vide Nau. c. 22. num. 42 & 43.

De impotentia Coeundi.

41 *Impotẽtia coeũdi quid.* EXAM. Circa duodecimũ, & vltimũ impedimentum quod eſt impotentia coeundi. poſco quid eſt impotentia coeundi.

CONF. Eſt vitium animæ, vel corporis, vel vtriuſque, quo quis impeditur alteri commiſceri ex Raym.

Impotẽtia duplex, & quæ dirimit. EXAM. Quæ impotentia coeundi impedit & dirimit.

CONF. Impotentia coeundi duplex eſt, vna naturalis, vt impotentia pueri, vel puellę, vt frigiditas in ſene, vel frigiditas complexionis in viro, aut arctatio mulieris, vel exceſſus, ſeu defectus membri genitalis, altera eſt accidentalis, vt caſtratio, vel maleficium & huiuſmodi.

Dico itaquè quod vtraquè impotentia naturalis, & accidentalis, aut eſt perpetua, aut ad tempus. Si eſt perpetua, vt illa quæ eſt in Caſtrato, & in muliere arcta, quæ à nullo ordinarie eſt cognoſcibilis, tunc impedit, & dirimit abſq; dubio ſecundũ D. Th. 4. d. 34. & d. Ant. 3. p. tit. 1. c. 12. Illa impotentia dicitur perpetua, quæ ſine miraculo, aut ſine probabili periculo animæ, vel corporis tolli non põt. Si vero impotentia eſt ad tẽpus, vt illa quæ eſt in puero, vel puella, tunc impedit ad tẽpus. Relique vero

rò impotentiæ ſi ope medicorum poſſunt tolli non impediunt, neq; dirimunt. Et tunc reputãtur perpetuæ tales impotentiæ qñ expectatur per triennium: non tolluntur, maximè dando operam carnali copulæ. Vide Nau. c.22.n.59.

De impedimentis tantum impedientibus. 42

EXAM. QVÆ, & quot ſunt impedimenta, quæ impediũt matrimoniũ cõtrahendum, & non dirimunt contractum. *Vndecĩ impedimẽta tãtũ dirimẽtia.*

CONF. Hæc impedimenta ſunt vndecim.

Primum eſt interdictum Eccleſiaſticum.

Secundum eſt, votum ſimplex.

Tertium eſt, ſponſalitium.

Quartum eſt Catechiſmus.

Quintum eſt inceſtus.

Sextum, vxorcidium,

Septimum. Raptus alienæ ſponſæ.

Modo ex iure nouo (vt ſupra, dictum eſt in impedimento de crimine) non ſolùm impedit, ſed dirimit.

Octauum ſuſceptio proprij filij de fonte baptiſmatis, vel ad chriſma ĩſidioſa matrimonio.

Nonum. Presbytericidium.

Decimum, ſolemnis pœnitentia.

Vndecimum, contractus coniugii cum moniali ſcienter. Gaiet.verb. matrim.c.2. & Nauar.c 22. a nu.68.

Nota tamen hic ex Gaiet.vbi ſup.ꝙ qui cõtrahit matrimonium primis tribus modis, nẽpe contra interdictum Eccleſiæ: contra votum *Notan.*

caſtitatis, & contra ſponſalitium mortaliter delinquit, in reliquis autẽ modis (ſi deſit contemptus) non ſemper eſt mortale, ibi & ſcito peccatum eſſe mortale.

Quia hæc impedimenta non ſunt tanti momenti, idcirco ſiccopede pertranſire decreui, ne in longum protenderetur oratio. Si verò vis ad plenum hæc impedimenta videre lege Gaiet. verb. matr. c. 2. & Nau. c. 22. à n. 98. &c.

De tempore quo nuptiæ nequeunt fieri.

43 *Tẽpora ĩ quib. nuptiæ vetantur.*

EXAM. QVibus temporibus, nuptiæ ſunt interdictæ.

CONF. Secundum ius antiquum prohibebantur his temporibus.

Primo, ab Aduentu Dñi vſq; ad Epiphaniã.

Secundo, à Septuageſima vſque ad Octauam Paſchæ.

Tertio, à diebus Rogationum vſq; ad ſeptimum diem Pentecoſtes. Hodie vero iure nouo Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 10. de refor. matrim. his tantùm temporibus vetantur.

Primo, ab Aduentu vſq; ad diem Epiphanię.

Secundo, à feria quarta Cinerum vſque ad octauam Paſchæ incluſiue.

In alijs autem temporibus permittuntur nuptiæ ſolenniter celebrari. Verba Conſilij hæc ſunt. Ab Aduentu Dñi Noſtri Ieſu Chriſti vſq; in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vſq; in octauam Paſcatis incluſiuè, antiquas ſolennium nuptiarum prohibitiones diligenter

ab

ab omnibus obſeruari Sancta Synodus præcipit.In alijs vero temporibus nuptias ſolemniter celebrari permittit,&c.oppoſitum aſſerere eſt hæreſis,vt habetur ex eodem Conc ſeſſ.24. can. 11. cuius verba hæc ſunt. Si quis dixerit prohibitionem ſolemnitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe tirannicam,ab Ethnicorum ſuperſtitione profectam, Anathema ſit.

De his qui poſſunt in matrimonijs diſpenſare.

EXAM. QVI poteſt diſpenſare ſuper impedimenta matrimonij? 44

Qui poſſit auctoritate ad diſpẽſandũ ĩ matrimonijs.

CONF. Impedimenta (vt ſuprà dictum eſt) ſunt in duplici differentia.quædam ſunt impedientia,& dirimentia ſimul, & quædam impedientia tantum. Si loqueris de impedimentis. Primo modo,dico quod ſuper his ſolus Papa poteſt diſpenſare,exceptis duobus.

Primo,in impedimento conſanguinitatis inter aſcendentes,& deſcendentes.

Secundo,in impedimento erroris, & iuditij, quod defectum conſenſus inducit, quẽ ſupplere ſua Sanctitas non poteſt.Ratio eſt,quia hæc duo impedimenta ſunt iuris diuini, & naturalis, reliqua vero omnia ſunt inducta iure humano,vide Nau.c.22.num.84.vide item D.Th. 4.diſt.40.q.1.art.3.& D.Ant.3.p.tit.1. c.de affinitate vide etiam Gaiet. 2.2. q.154. art.9. & ſuper Matth.9. & Leuit.8.

Si quæris de impedimentis.Secundo modo,

dico

dico quod Epiſcopus pôt diſpenſare, vt aiunt Pal.4.diſt.28.q.2.& D.Ant.3.p.tit.1.c.6.Exceptis duobus nempè voto Religionis,& voto caſtitatis,in quibus etiam Summus Pontifex Maximus cum difficultate diſpenſat Nau.vbi ſup. num.85.Imò ſecundum Gaiet. verb. Matrim. excipitur etiam ſponſalitium.

45 EXAM.Quare Sũmus Pontifex non ſemper in ſupradictis impedimẽtis ſolet diſpenſare.

CONF.Non ſolet diſpenſare,non quia non poteſt,ſed quia non ſemper expedit.

Nota tamẽ,quod licet Papa ſuper omnibus impedimentis iam dictis poſſit diſpenſare; tñ ſuper matrimonio legitimè contracto,& cõſumato non poteſt ex illo Matth. 19 quos Deus coniunxit homo non ſeparet, niſi in cõtracto,
46 & conſumato inter infideles, quãdo alter coniugum vult cohabitare abſquè iniuria Creatoris.Nau.vbi ſup.num.84.

Votũ de non nubẽdo nõ eſt idẽ ꝙ votũ caſtitatis.

Nota item quod,Votũ de non nubendo,non eſt idem quod votũ caſtitatis, ac ob id Epiſcopus in voto de non nubendo pôt diſpenſare,nõ autem in voto caſtitatis, vt benè dixit Nau. c. 12.nu.76. quicquid alij dixerint, quod idem
47 ſeruat prætorium Sacræ pœnitentiariæ.

Cauſę ꝗ pro legitimis habentur.

De aliquibus iuſtis cauſis pro matrimonijs diſpenſandis.

EXAM. QVÆ, & quot ſunt iniuſtè cauſæ pro matrimonijs diſpẽſandis etiam in quarto gradu?

CON-

CONF. Tres cauſæ habentur pro iuſtis in Romana Curia.

Prima eſt defectus dotis competentis.

Secunda eſt, extinctio magnæ litis.

Tertia, quod magna pars ſibi parium in tali Ciuitate,vel loco, in quo habitat ſunt ei cõſanguinei, vel affines intra quartum gradum. Nauar.c.22 num..87.

VNDECIMVM CAPVT.

Examinis,erit circa Cenſuras.

EXAM. QVIA materia de cenſuris cadit ſub negotio confeſſionis, & eſt valdè neceſſaria, vt ſciatur à confeſſario, vt ritè ſuum obe t munus, ob id (Reuer. Pater) circa ipſas cenſuras aliqua inueſticabo, & primo peto. Quot & quæ ſunt cenſure Eccleſiaſtice? 1 *Tres ſũt cenſura Eccleſiaſtica.*

CONF. Tres ſunt.

Vna dicitur Excommunicatio.

Secunda dicitur Suſpenſio,

Tertio dicitur,Interdictum ſecundum Doctores Theologos & Canoniſtas, 2

EXAM. Quid eſt cenſura Eccleſiaſtica? *Cēſura quid.*

CONF. Eſt vinculũ Eccleſiaſticum, quo li gan-

gantur homines ab aliquibus actibus eorum, vel ſic, Eſt quodam flagellum, ſeu correctio quædam ab Eccleſia reperta, in correctionem quorundam peccatorum, Nau.c.27.num.1.

3 EXAM. Quid eſt Excommunicatio?

Excommunicatio quid CONF. Eſt cẽſura Eccleſiaſtica, quę ſeparat à participatione, tàm paſſiua, quã actiua ſacramentorum, & hominũ, aut ſacramentorum tãtum, Nau. vbi ſup. vel ſic excõicatio eſt à qualibet licita cõione, & legitimo actu ſeparatiõ.

4 EXAM. Quotuplex eſt excommunicatio?

Excõicatio duplex. CONF. Duplex. Vna maior, altera minor.

EXAM. Quid eſt excommunicatio maior?

CON. Eſt cenſura Eccleſiaſtica, quæ priuat participatione, tàm paſſiua, quàm actiuá Sacramentorũ, & hominũ, ſecundũ oẽs Theologos 4.d. 18.& Canoniſtas in rubr. de ſñia, &c.

5 *Maior quid.*

EXAM. Quid eſt excommunicatio minor?

6 CONF. Eſt cenſura Eccleſiaſtica, quæ ſeparat à participatione paſſiua Sacramentorum, & ab electione paſſiua.

Minor quid.

7 EXAM. Quotuplex eſt excõicatio maior?

Minor quotuplex. CONF. Duplex. vna dicitur generalis, & altera ſpecialis, & vtraquè duplex eſt, vna dicitur lata à iure, & altera lata ab homine. Nauar. vbi ſup. num. 2.

EXAM. Quid eſt excõmunicatio lata à iure?

8 CONF. Eſt illa, quæ habetur per Canones: per conſtitutiones: aut ſtatuta generaliter excommunicantes eos, qui illud, aut illud fecerint, vel non fecerint.

Lata à iure qd.

EXA.

EXAM.Quid eſt excõ catio lata ab homine *Lata ab*
CONF.Eſt illa quam fert iudex generaliter *homine*
vel ſpecialiter contra eum,qui illud, aut illud *quid.*
fecerit.vel non fecerit.

EXAM:Qũo cognoſcitur,quod in excõica- *Modus*
tione(ſiue ſit lata a iure,ſiue ab homine) ſit la *cognoſcẽ*
tæ ſententiæ,vel non. Ideſt quando cognoſci- *di lata à*
tur,quod excommunicatio eſt latæ ſententiæ, *commi-*
& quando eſt comminatoria. *nata.*

CONF. Tribus modis hoc dignoſcitur, qđ in excommunicatione eſt lata ſententia.

Primo,quando excommunicatio fit per verbum præteriti temporis, puta quando dicitur ſit excommunicatus.

Secundo,quando fit per verba æquipollẽtia præteritis, vt ſunt verba declaratoria, puta ſi dicatur decernimus, ſiue declaramus excommunicationi ſubiacere.

Tertio, quando in excommunicatione apponitur ipſo facto, ſeu lata ſententia quibuſcunquè verbis feratur.

Duobus vero modis cognoſcitur quando in excommuuicatione non eſt lata ſententia.

Primo, quando fit per verba futuri temporis,vt ſi dicatur excommunicentur.

Secundo, quando dicitur ſub pœna excommunicationis,& nihil additur, neque de facto, neque latæ ſententiæ, & ſic dicitur comminata.Nau.vbi ſup.num. 12.

De materia & forma excommunicationis.

11 EXAM. QVÆ eſt materia excommunicationis, ideſt ob quod incurritur excommunicatio maior.

Materia excõmunicationis

CONF. Materia excõicationis maioris eſt peccatũ mortale, taliter quod nullus põt eã incurrere, niſi ob culpã mortalẽ ſm̃ oẽs, & Nau. c.27.num.9.76.87.213.& c.17.num.5.lib.8.

12 EXAM. Quæ nam eſt eius forma, ideſt quibus verbis debemus vti pro eius latione, vel abſolutione.

Forma eiuſdem

CONF. Forma excõicationis non hẽt determinata verba, neq; prolatione, neq; pro eius abſolutione. Ita quod ſecundũ Hoſt. in ſum. de ſent. excõicationis. §. qualiter, põt iudex dicere excõico te, aut ſeparo te à cõione fidelium, aut ſimilia verba. Similiter abſoluo te a vinculo excõicationis, aut declaro te eſſe abſolutum, benedico te, & ſimilia. Vide Nauar. c.27. num.22.& 37.& D.Thom. opuſcul.22. c.2.

Excõicatio quando ligat.

EXA. Quãdo ligat excõicatio, & qñ nõ ligat

CONF. Tunc ligat qñ, qui eam fert habet animũ, ſeu intentionẽ ligandi. Etſi eam fert ad inſtantiã partis, tunc ligat qñ pars hẽt intentionẽ, vt ligetur. Tunc vero non ligat qñ eſt e conuerſo, nam excõicatio habet robur à volũtate excõcãtis. Nau. vbi ſup. nu.11.& c.17.L.F.

De cauſa efficiente excommunicationis.

14 EXAM. QV Æ eſt cauſa efficiens excommunicationis, ideſt, qui poſſunt excom-

excommunicare,ſeu excōmunicationes ferre.

CONF. Poteſt excōicare Papa, & oēs prælati Eccleſiaſtici, vt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Abbates,præpoſiti,& priores eccleſiarum collegiatarum,regulariū,vel ſecularium, etiam ſi non ſint conſecrati,neque benedicti, dūmodo ſint confirmati,vel prouiſi. Hi oēs poſſunt excōicare ſuos ſubditōs iure cōi.Item capitulum ſede vacante pōt excōicare. Conſuetudo præſcripta, & approbata à Summo Pontifice. aut alio Prælato quantum ad ſuos ſubditos, quia tunc haberet vim ſtatuti ſecundū Angel. verb. excōicatio §. 6. Item cenſuratus quacunquè cenſura (dūmodo non ſit denuntiatus) poteſt excommunicare, & valet excommunicatio lata b eo ſecundum Pan. c. ab excommunicato. Vide Nau.vbi ſup.num.5.

De non valentibus excommunicare.

EXAM. QVI non poſſunt ferre excommunicationem, 15

Qui vacant auctoritate ad excommunicādū.

CONF. Non poſſunt excommunicare Abbates,Rectores, aut Parochi Eccleſiarum ſimplicium parochialium ſuos ſubditos iure communi,nequè ſpeciali,neque generali.

Item neque Epiſcopus extra ſuum Epiſcopatum (etiam ſuos ſubditos) niſi de conſenſu Epiſcopi,vbi eius ſubditus habitat, vel habet domicilium.

Item non poſſunt excommunicare cēſurati denunciati.

Item neque id poſſunt mulieres, neque laici abſque priuilegio Apoſtolico.

Item neque idem ſeipſum poteſt excommunicare Nau. vbi ſup. num. 5 & 6.

16 EXAM. Qui poſſunt excõicari? Ideſt qui sũt illi, qui vinculo excõicationis poſſunt nodari?

Qui excõmunicatione ſubduntur.

CONF. Excõicari pñt ſoli homines, baptizati, mortales, habentes ſuperiorem c. Rom §. in vniuerſ. de ſent. excommunicationis. Nau. c. 27. num. 13. & 254.

17 EXAM. Qui non poſſunt excommunicari? Ideſt qui excommunicationi non ſubduntur?

Qui nequeunt nodari excõmunicatione.

CONF. Hi ſunt qui non poſſunt ſententia excommunicationis nodari:

Primo Diabolus, ſiue Angeli, neque anima ſeparata a corpore: neque animalia irrationalia, puta locuſta, & brucus, & aliud genus vermium, licet contra ea poſſumus vti aqua benedicta, precibus, & abiurationibus ſanctis, neq; Collegium, aut vniuerſitas, Ratio prædictorũ, eſt, quia non ſunt homines:

Item neq; Iudæi, Maumetani, Ethnici, & alij infideles, quia non ſunt baptizati.

Item neque reſuſcitati denuo non morituri, quia non ſunt mortales.

Item neque Papa, quia nulli homini, neque legi humanæ (qua ſola fertur excõicatio) quo ad pęnã ſubijcitur, neq; propter hæreſim ĩcidit in excõicationem humanã, ſed diuinã, propter rõnes Gaiet. de auctoritate Papę. Nau. vbi ſup.

Vel

Vel ſic & breuiter,nõ poſſunt excõmunicari.

Primo,qui non ſunt homines.vt Angeli ſiue boni,ſiue mali. Anima ſeparata, & animalia irrationalia.

Secundo, quia nou ſunt baptizati. vt Iudæi Pagani, &c.

Tertio,qui non ſunt mortales,vt reſuſcitati iterum mortem non ſubituri.

Quarto,qui non habent ſuperiorem, vt Papa, ex Nauar. vbi ſuprà. 18

EXAM. In quibus caſibus incurritur excommunicatio maior? *Excommunicationes ſunt sin multiplici genere.*

CONF. In multis & ferè innumeris.quoniã caſus excõicationis maioris ſunt quaſi infiniti,qñquidem excõicationum maiorum, quædã ſunt reſeruatæ,& quædã non reſeruatarũ quędam ſunt reſeruatæ Papæ, & quædã Epiſcopis, & quædam Archiepiſcopis. eorum quæ Papæ, quædam ſunt reſeruatæ abſolutè tantũ, vt ſic, quædã vero per proceſſum Bullæ Cœnæ Dei.

EXAM. Qui poteſt abſoluere ab excommunicationibus à iure nulli reſeruatis. 19 *Qui valet ab excõmunicatione à iure abſoluere nulli reſeruata*

CONF. Non ſolum põt abſoluere proprius Prælatus. puta Papa,Archiepiſcopus, Epiſcopus.Capitulum ſede vacante, & quilibet alius Prælatus exemptus Eccleſiæ regulariũ, aut ſęculariũ,aut non exemptus habens iuriſdictionem in foro exteriori,& Parochus,ſed etiam quilibet confeſſor ritè præſentatus,& admiſſus Nauar. vbi ſuprà num. 39.

20 EXAM. Qui poteſt abſoluere ab excommunicatione lata ab homine?

Qui pōt à lata ab homine. CONF. Primo, & regulariter poteſt ille, qui eam tulit.

Secundo, poteſt eius ſucceſſor.

Tertio, poteſt eius ſuperior.

Quarto, eius delegatus. Nau. vbi ſup. nu. 40. Dixi regulariter, quoniā in aliquibus caſibus, qui eam tulit, non poteſt abſoluere:

21 *Caſus ī quib. q̃ cā tulit nō pōt abſoluere.* EXAM. In quibus caſibus non poteſt quis abſolui ab excōmmunicatione lata ab eo, qui eam tulit?

CONF. In tribus.

Primo, quando qui eam tulit eſt excōicatus excōicatione maiori, & eſt denūciatus, vt talis,

Secundo, quando eſt excōmunicatus ob incendium poſt denuntiationem.

Tertio, quando excōmunicatio eſt pronuntiata ab inferiori, & eſt confirmata a papa ex certa ſcientia. Nauar. vbi ſupra.

Nōtād. De reſeruatis non oportet facere quæſita; quoniam conſtat ab his tantū poſſe abſoluere regulariter, qui ſibi reſeruarunt. Nau. vbi ſup. nu. 272. vnum tamen eſt adnotandū, quod licet virtute cuiuſcunq; Iubilęi, Bullæ Cruciatę, &c. detur facultas abſoluēdi à caſibus Papæ reſeruatis, non ob id datur facultas abſoluendi a caſibus contentis in Bulla Cœnæ Domini, niſi id ſpecialiter exprimatur: Imo neq; ſi datur facultas abſoluendi a caſibus Cœnæ, ob id datur facul-

facultas abſoluendi ab hæreſi, niſi id ſpecialiter dicatur etiam ab hæreſi.

EXA. Quibus de cauſis pôt ferri excõicatio 22

CONF. Tribus de cauſis præcipuè. *Cauſæ*

Prima eſt ob cõtumaciã, vt qñ quis citatus, *ob quas* ſiue monitus per iudicẽ cõpetente trib. edictis *pôt ferri* vel vno pro trib. ſit contumax, vel inobediens. *ri excõ-*

Secunda eſt ob damnũ ẽt temporalem, puta *munica-* qñ quis pro aliquo certo dãno, vel offenſa, pro *tio.* qua non vult ſatisfacere excommunicatur.

Tertio, ob ignorantiam perſonæ delinquentis. puta qñ perſona alicuius facti rei ignoratur, vel quando excõicatur in generali, quia perſona ignoratur, vt qui cunque furtum fecit niſi reſtituat, vel qui ſcit niſi reuelet.

De excommunicatione Minori.

EXAM. Circa excõicationẽ minorem poſco primo. an ab excõicatione minori poſſet abſoluere quilibet ſimplex ſacer dos? an tantùm confeſſor. 23 *Qui pôt ab excõmunicatione minori abſoluere.*

CONF. Circa hoc eſt duplex opin. vna doctoris Nau c.4.nu.2.& c.27.nu.25.& 39.& aliquorũ dicentium, quod ſicut quilibet ſimplex Sacerdos pôt abſoluere à peccatis venialibus, ita ẽt ab excõicatione minori. Altera eſt Reuerendiſſimi Gaiet. verb. Abſ. Ibi & ab excõicatione minori (quã reputo tutiorem) dicentis quod non pôt quilibet ſimplex ſacerdos eam abſoluere, ſed benè quilibet confeſſor, quandoquidem in abſoluente ab excommunicatione

etiam minori requiritur poteſtas iuriſdictionis, quàm non habet ſimplex ſacerdos, concordante Soto 4.d.22.q.20.art.3.

24 EXAM. In quibus caſibus incurritur excommunicatio minor?

Caſus ĩ quib. incurritur excõicatio minor.

CONF. In tribus caſibus regulariter.

Primus caſus eſt, quando quis participat cũ excommunicato maiori excommunicatione, qui eſt talis publicè, & nominatim.

Secundus caſus eſt, quando quis participat cum excommunicato, qui eſt talis ob notoriã clerici percuſſionem.

Tertius eſt. quando quis participat cum excõicato ex quocunq; facto notorio, ita vt non poſſit aliqua tergiuerſatione celari. Appoſui tertium caſum, quia licet ab aliquibus doctoribus non apponatur nẽpè à Gaiet. Soto, & D. Ant. tamen re vera fuit appoſitus in Con. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 11. in Bulla concordię inter Leonem & Regem Franciæ Franciſcũ Primũ, verba conſ. adducuntur à Nau. c. 27. nu. 35.

Hi caſus tm̃ ſunt prohibiti per determinationẽ Con. Conſtans, & Lateran. Dixi

25 regulariter, quia in quibuſdam caſibus participando cum ligato maiori excommunicatione (etiam cum prædictis) non incurritur excommunicatio minor. Vide Nau. c. 27. num. 25.

Caſus ĩ quib. nõ incurritur excõicatio maior.

EXAM. In quibus caſibus non incurritur excõicatio minor participando cum excõicato.

CONF. In quinquè caſibus, qui in his verſibus

bus continentur. Hæc anathema quidem ſolnunt nè poſſit obeſſe. Vtile lex Humile. Res ignorata. Neceſſe.

EXAM. Quid ſibi vult ly vtile? 26 *Vtile.*

CONF. Per ly vtile datur intelligi.

Primo, quod pōt quis participare licitè cū excommunicato ob vtilitatem animæ ipſius excommunicati, puta prædicando, corripiendo, admonendo, &c.

Secundo, ob vtilitatem animæ propriè, vel alterius, puta poſcendo conſiliū ſpirituale pro ſe, aut pro alijs, quando nō adeſt alius ſimilis.

Tertio, ob vtilitatē propriam temporalē in re ſibi debita apud iudicem, vel etiam extra iudicium, & hoc etiam datur intelligi per ly lex. Nauar. cap. 27. & 26.

EXAM. Quid ſibi vult ly Humile? 27

CONF. Per ly humile, datur intelligi, quod *humile.* filius non emancipatus pōt licitè cōicare cum ſuo Patre, ſeruus cū ſuo domino, famulus Vrbanus, ſiue Ruſticanus cum ſuo hæro. hoc tamē intelligendum eſt concurrentibus duobus.

Primo, quod iſti erant ſubditi illis ante excommunicationem incurſam, quia ſic tenētur inſeruire, & ob id excuſantur.

Secundo, ne ob eorum fauorem, conſilium, vel auxiliū perſeuerent in eorum contumacia.

Item èconuerſo poteſt maritus cōicare cū vxore. Pater cum filio. Dominus cum ſeruo. Hero cū famulis vrbanis aut ruſticanis, ſecundum

dum Adrianum in 4. de clauibus confirmante Nau. cap. 29. nu. 27. & hoc ēt datur intelligi per ly vtile, aut per ly lex. qm̄ omnes ſupradicti ſunt quoqũo debitores adinuicem, vt maritus debet vxori debitum coniugale, & èconuerſo, & alia ad rem familiarem pertinentia, dominus, herus, & pater debent ſeruis, famulis, & filijs ſtipendium &c. & èconuerſo, quia tenentur inſeruire.

28 EXAM. Quid ſibi vult ly lex?

Lex. CONF. Per ly lex datur intelligi, quod vxor pōt licitè cōicare cū ſuo viro excōicato, quia ad id obligat lex coniugij, Nau. vbi ſup. niſi eſſet excōicatus ob matrimonium illicitè contractum, quia ſic incurreret maiorē, quia participaret in crimine damnato Syl. verb. excōmunicatio 5. ſ. 7. 8. & 9.

29 EXAM. Quid ſibi vult res ignorata?

Res ignorata CONF. Per hoc datur intelligi, quod quis pōt licitè cōicare cum eo, quē ignorat eſſe excommunicatum, & denuntiatum ignorantia in quàm facti ſecundum omnes, vel etiam ignorantia iuris dubij ſecundum Nau. vbi ſuprà.

30 EXAM. Quid ſibi vult ly neceſſe?

Neceſſe CONF. Per ly neceſſe datur intelligi, quod quis pōt licitè participare cum excōicato ob magnam neceſſitatem propriam, vel ēt excōicati, putà qñ alter alterius indiget eleemoſyna, quando ab alijs talem eleemoſynam alter habere non poteſt Nau. vbi ſup.

Item

Item datur intelligi, quod poteſt quis licitè communicare cum excommunicato ob magnam violentiam illatam ab excommunicato.

Item ob neceſſitatem proprij damni vitãdi. Nau. c. 27. n.

EXA. Quomodo peccat quis participando cũ excommunicato maiori excõmunicatione. 31 *Participare cũ excõica to quomõ peccat.*

CONF. Regulariter talis non peccat pluſquàm venialiter ſecundum D.Th. 4.d.18.& ſecundum omnes. Dixi regulariter, quia in aliquib. caſib. peccat mortaliter. Nau. c. 27. n. 28.

EXAM. In quibus caſibus, quis mortaliter delinquit participando cum excommunicato maiori excommunicatione. 32 *In ſex caſibus mortaliter peccatur participando.*

CONF. In ſex caſibus præcipuè.

Primus caſus eſt, quando participatio eſt in ſacramentis, vel diuinis officijs, & orationibus publicis.

Secundus, quando participatio eſt nimis frequens ad animandum, ad delinquendam, &c.

Tertius, quando quis participat in contemptum clauium.

Quartus, quando participatur contra ſpeciale præceptum iudicis.

Quintus, quando participatur cum excommunicato à Papa cum participantibns, hic vltra mortale incurritur excõmunicatio maior.

Sextus, quando participatur in opere peccati mortalis. Ratio prædictorum eſt, quia quælibet participatio p̃dicta eſt principaliter prohibita, vel coniuncta cum aliqua malitia mortali;

tali,vide Nau.c.27 a num.28.vſque ad 36.&c.

Hic eſſent multa conculcanda quæſita circa hanc materiam excõicationis,ſed quia in longum creſceret volumen,& eſſet extra noſtrum inſtitutum,ideò ſi vberiorẽ cognitionẽ de hac re habere cupitis Nauarrum legito te c. 27. à nu.1.&c.qui ſatis ac ſatis diffuſè de illa materia loquitur, & ſatis doctè,vt ſui moris eſt, in hoc enim dialogo tãtùm vniuerſaliora, & frequentiora quæſita,de quibus,vt plurimum ſolent examinatores perquirere collocantur.

34 *Circa ſuſpenſionem.*

Suſpẽſio quid. EXAM. QVid eſt ſuſpenſio?

Eſt cẽſura Eccclesiaſtica,qua ꝓhibetur alicui perſonæ Eccleſiaſticæ exercitiũ ſui officij Eccleſiaſtici,vel beneficij,in totũ vel in partẽ,in certum tempus,vel perpetuũ, quo ad partem ob ſuam culpã Nau.c.27 num.151. Vel ſic. Eſt cenſura Eccleſiaſtica inhabilitans ad executionem ordinum, officiorum, vel iuriſdictionis ex aliquo impedimẽto proueniẽs.

35 *Suſpenſio quotuplex.* EXAM. Quotuplex eſt cenſura, quæ dicitur ſuſpenſio?

CONF. Multiplex eſt vna dicitur ſuſpenſio à iure,& altera ab homine ſicut dictum eſt de excõicatione.Itẽ triplex eſſe põt.vna officij,& beneficij ſimul. Alia officij tm̃, vel partis eius. Et altera beneficij, vel rei pertinentis ad illud tantum.

Itẽ duplex. vna à diuinis, & altera ab alijs.

quid

quid ſit harum quælibet de ſe clarè patet . aut vide Nau.cap.26.num.154.

De Materia, & Forma eius.

EXAM. QVÆ eſt Materia ſuſpenſionis? 36
.i.pro quib. pôt quis ſuſpēdi? *Suſpen-*
CONF. Materia ſuſpenſionis pôt eſſe nō dū *ſionis*
mortale peccatum, verum ẽt veniale, ita quod *materia*
pôt quis ſuſpendi, vel ob culpam mortalē;, vel venialem, licet propriã & non alienã. Nau. vbi ſup.num.151.& 159 & Gaiet.verb.ſuſpenſio.

EXAM. Quæ eſt eius forma? Ideſt quibus 37
verbis poteſt ferri, vel tolli ſuſpenſio? *Suſpen-*
CONF. Pro forma ſuſpenſionis non ſunt *ſionis*
præſcripta verba, & ob id poteſt ferri, & tolli *forma.*
quibuſuis verbis, ſuſpenſionem ponẽtibus, vel tollentibus. Nau. vbi ſup. num 161.

Nota tñ quod periti (qñ ſuſpenſio eſt certa) 48
hac vtuntur forma. nẽpè abſoluo te à vinculo *Notan.*
ſuſpenſionis, quã incurriſti ob talem vel talē cauſam, & reſtituo te priſtinę executioni. Si vero eſt dubia, vtuntur his verbis pro forma. nẽpè, ſi teneris aliquo vinculo ſuſpenſionis, à quo te poſſum abſoluere, abſoluo te. Silu.verb. Abſ. 6. dub. 2. eiſdem verbis poſſumus vti circa excommunicationem, & interdictum.

De cauſa efficiente ſuſpenſionis. 39

EXAM. QVi poſſunt ſuſpendere, ſeu ſuſpē *Qui va-*
ſionem ferre? *leat ſu-*
CONF. Omnes, & ſoli illi, qui poſſunt excō *ſpēdere.*
municare, poſſunt etiam ſuſpendere, ideſt oēs

illi

illi, qui pollent poteſtate ad excõicandũ, pollent etiam ſuſpendendũ, Nau. vbi ſup. nu. 159.

40 EXAM. Qui poſſunt ſuſpendi? Ideſt qui ſuſpenſionibus ſubduntur?

Qui ſuſpenſioni ſubduntur. CON. Solum perſonæ Eccleſiaſticæ poſſunt ſuſpendi, vt licet omnis Chriſtianus poſſit excommunicari, non tamen omnis poteſt ſuſpẽdi, ſed ſolus Chriſtianus Eccleſiaſticus, vt patet per eius diffinitionem, Nau. vbi ſupra.

De valente abſoluere à ſuſpenſione.

41 EXA. QVID põt abſoluere à ſuſepẽſione?

Qui poſſũt à ſuſpenſione abſoluere. CON. Aut loqueris de ſuſpenſione à iure, Aut ab hbmine. ſi quæris de illa à iure, dico quod poteſt Epiſcopns, vel eius Vicarius, niſi in duobus caſibus.

Primus eſt, quando canonis conditor ſibi abſolutionem reſernauit.

Secundus eſt, qñ quis ſuſpenſus eſt ob peccatum, à quo non poteſt Epiſcopus abſoluere. Si verò quæris de illa ab homine, dico quod poteſt regulariter ab illa abſoluere, qui eam tulit, aut eius ſuperior, vel eius ſucceſſor.

42 EXAM. In quibus caſib. ſuſpẽſio incurritur?

Caſus, ĩ quib ſuſpẽſio incurritur. CONF. Multi ſunt caſus, quos non oportet adducere, quia ſatis creſceret volumen, & eas eſt videre apud Canones, vel vide Sylu. qui omnes caſus collegit.

Circa Interdictum.

43 EXAM. QVID eſt interdictum?

Interdictũ quid CONF. Eſt cẽſura Eccleſiaſtica, qua prohiben-

hibentur diuina officia ſacramenta,& ſepultura actiuè,& paſſiuè,Nau.c.27. num.164.

EXAM. Quotuplex eſt interdictum Eccleſiaſticum? 44 *Interdictũ quotuplex.*

CONF. Triplex eſt. Vnum locale tantùm. Secundùm Perſonale tantùm. Tertium locale,& perſonale ſimul, ab eodẽ num. 166.

Item duplex eſt, vnum à iure, & alterum ab homine.

EXAM. Quid eſt interdictum locale tantũ? & quotuplex eſt? 45 *Interdictum locale quid.*

CONF. Duplex eſt.generale,& ſpeciale.Speciale eſt,quando interdicitur locus particularis,vt Eccleſia,&c. generale eſt, qñ interdicitur locus vniuerſalis,vt Regnum,Prouincia, Epiſcopatus,Ciuitas,&c.Nauar.vbi ſupra.

EXAM. Quid eſt interdictum perſonale? & quotuplex eſt? 46 *Interdictũ perſonale quid.*

CONF. Perſonale tantũ eſt, quãdo interdicitur perſona tantũ,& eſt duplex. vnum generale, & eſt quando interdicitur aliqua vniuerſitas hominũ,puta Regni,Prouinciæ,Ciuitatis. Speciale, ſiue particulare eſt, quando interdicitur perſona aliqua ſingularis,vnica, vel multiplex,certa,vel incerta, vt quando interdicitur faciens hoc,vel illud. Nau. vbi ſupra.

EXAM. Quid eſt interdictum locale, & perſonale ſimul? 47 *Interdictũ locale et perſonale ſimul q̃d.*

CONF. Eſt quãdo interdicitur locus,& per ſona

ſona ſimul,& talis vel talis perſona, exemplũ eſt quotidianũ in interdicto deambulatorio, quo interdicitur aliqua perſona vbi eſt, vel fuerit. Nauar. vbi ſup.

De Materia, & forma interdicti.

48 EXAM. QVÆ eſt Materia interdicti? ideſt ꝑ qua re poſſet ferri interdictũ.

Inter materia dicti for ma. CO. Materia eius eſt culpa mortalis, vel venialis propria, vel aliena. Ita ꝙ pōt q̄s interdici, nō ſolũ ꝑp culpã mortalẽ, ſicut pōt excõicari. Aut propter culpam venialẽ propriam, ſicuti pōt ſuſpendi, ſed ẽt propter culpam venialem alienam, & hæc eſt una differentia inter iſtas cenſuras Eccleſiaſticas. Nau. ubi ſup. nu. 168.

49 EXAM. Quæ eſt eius forma, ideſt quibus uerbis poteſt ferri, aut tolli interdictum.

CONF. Pro eius forma non ſunt determinata uerba, ſed poteſt ferri quibuſcunq; uerbis id ſignificantibus, ac etiam eodẽ modo tolli. At communiter ſic fertur. Nos propter talẽ cauſam, Eccleſiam, uel ciuitatem, &c. Eccleſiaſtico ſubijcimus interdicto. Et communiter ſic tollitur, dicendo, reuoco remoueo, &c.

De cauſa eius efficiente.

EXAM. QVÆ eſt cauſa efficiẽs interdicti? ideſt qui ſunt illi, qui poſſunt interdictum ferre?

CONF. Qui poſſunt excommunicare, & ſuſpendere, poſſunt etiam interdicere Nau. ubi ſup. num. 168.

EXAM.

EXAM. Qui poſſunt interdici, ideſt, qui ſunt illi, qui ſubiacent interdicto?

CONF. Primo, omnes qui poſſunt excommunicari, aut ſuſpendi, poſſunt etiam interdici, & interdicto ſubiacere. 1

Secundo, poteſt interdici vniuerſitas, quæ non poteſt excommunicari vt ſupra de excommunicatione dictum eſt.

Tertio, poteſt interdici locus, qui nõ poteſt ſuſpẽdi, vt de ſuſpẽſione dictũ eſt. Nau. vbi ſup.

De potente abſoluere ab interdicto.

EXAM. QVI poteſt ab interdicto abſoluere? ideſt qui poteſt interdictum collere?

CONF. Interdictũ aut eſt à iure, aut ab hoĩe. Si eſt ab homine, poteſt relaxari, & tolli ab eo, qui eum tulit, vel eius ſuperior, &c.

Si à iure, poteſt Epiſcopus, niſi quando Canonis conditor id ſibi reſeruauit.

DVODECIMVM
CAPVT.

Examinis erit de Irregularitate.

CVM (Reuerende Pater) materia de irregularitate negotiũ confeſſionis nõ ſubterfugiat, immò ipſũ ſequatur, & confeſſario ſit ſatis, ſuperque neceſſaria ſcitu,

ob id circa irregularitates ipſas tecum ſermonem habeam,& primo poſco.

1 EXA. Quid ſibi vult hoc nomẽ irregularitas

Irregularitas quid,cũ ſua declaratione: CONF. Irregularitas, idem eſt,quod nõ regularitas, componitur enim ab in, quod eſt, non,& regularis,quaſi non regularis, ideſt irregularitas generaliter dicta eſt id, quod aliquem extra regulam ponit.

EXAM. Quid eſt irregularitas, ꝓprie dicta?

CONF. Eſt impedimentum Canonicum,ſeu inductum a iure Canonico,directè impediens acceptionem Ordinum Eccleſiaſticorum, aut aliquem vſum eorum,quatenus ſunt Ordines, etiam poſt pœnitentiam. Hæc datur à Nauar. c.27.num.191.

Impedimentum ponitur pro genere, quia omnis irregularitas eſt impedimentum,non autem econuerſo.

Reliquæ particulæ pro differẽtijs ponũtur.

Dicitur inductum à iure Canonico,ad deſignandum irregularitatẽ non eſſe inductam à iure naturali, aut à iure diuino, ſed ſolo iure humano, licet aliqua eius origo in veteri teſtamento fuiſſet. Dicitur,directè impediẽs, ad differentiam cenſurarum,quoniã licet excommunicatio,ſuſpenſio,& interdictũ,aliaq; impedimẽta Canonica impediãt Ordines,aut vſum eorum, quatenus ſunt communicatio, aut Sacramenta,aut officia,aut beneficia,non tamen quatenus ſunt ordines,ſaltem directè.

Dicitur

Dicitur aut aliquẽ vſum eorũ, quia aliqua irregularitas impedit acceptionẽ, & nõ vſum acceptorũ, aliqua vero vnum vſum, & nõ aliũ.

Dicitur etiam poſt peccatum, quia poteſt quis abſolui a peccato, propter quod incurritur irregularitas, ipſa irregularitate manente, ex Nau. vbi ſupra.

EXAM. Quotuplex eſt irregularitas? ſeu quot ſunt ſpecies irregularitatis? 2

CONF. Quincuplex, ſeu quinq; ſũt ei' ſpẽs. *Quinq; irregularitatis ſpecies.*

Prima dicitur, ex defectu Sacramenti.

Secunda, ex defectu corporis.

Tertia, ex defectu animæ.

Quarta, ex defectu lænitatis perfectæ.

Quinta, oritur ex quintuplici delicto, ex Nau. c. 27. nu. 192.

De prima ſpecie irregularitatis.

EXAM. QVÆ nã eſt prima ſpecies irregularitatis ex defectu Sacramẽti? 3

CONF. Eſt illa, q̃ cauſatur ex Bigamia vnde iſta prima ſpẽs dicitur irregularitas Bigamiæ. *Prima ſpecies.*

EXAM. Quid eſt Bigamia? 4

CONF. Eſt ſtatus coniugati cum duabus coniugibus, ſiue ante, ſiue poſt Baptiſmum habitis. Hoc fuit inſtitutum vt eſſet impedimentum Ordinum propter quatuor. *Bigamia quid.*

Primo, quia bis coniugatus non poteſt aptè ſignificare vnionem Chriſti cum Eccleſia vnica ſua ſponſa.

Secũdo q̃a hoc expoſtulat excellẽtia ordinis.

Tertio, quia eſt ſignum incontinentiæ.

Quarto, quia aufert credulitatem ad perſuadendam caſtitatem. Nau. vbi ſup.

5 EXAM. Quotuplex eſt Bigamia?

Bigamia triplex.

CONF. Triplex. Vna dicitur vera. Secunda, interpretatiua. Tertia, ſimilitudinaria.

6 EXAM. Quæ eſt Bigamia vera?

De Bigamia vera.

CONF. Eſt eius, qui habuit, & cognouit duas vxores veras, vnam, mortua altera, etiã quod vtranque habuiſſet, vel alterã anteq̃uam Chriſtianus effectus fuiſſet. Nau. vbi ſup.

7 EXAM. Quæ eſt Bigamia interpretatiua?

De Bigamia interpretatiua.

CONF. Eſt illa, quam incurrit, qui fingitur duas habuiſſe vxores, huiuſmodi eſt ille, qui cõtraxit cum vna ſola, ſed vidua, aut contraxit cum corrupta per alium, ſecus ſi contraxit cũ

3 ea, quam ipſemet ſolus cognouit. Item ſi contraxit cum virgine, & eam cognouit poſtquam ipſa adulterium commiſit. Item ſi contraxit matrimonium cum vna validum, & cum alte-

4 ra inualidum. Aut contraxit de facto cum duabus, ſed cum neutra validè, ex Nau. vbi ſup.

8 EXAM. Quæ eſt Bigamia ſimilitudinaria?

De Bigamia ſimilitudinaria.

CONF. Eſt illa quam incurrit Ordine ſacro inſignitus, vel voto ſolẽni aſtrictus, cũ aliqua (etiã vna) cõtrahens, & cõſumãs. Nau. vbi ſup.

9 EXAM. Qui poteſt cum Bigamis diſpenſare, ideſt ad quem ſpectat diſpenſatio irregularitatis ex Bigamia procedens?

CONF.

CONF. Papa poteſt cum Bigamis diſpenſare, etiã quod poteſt diſpẽſare in irregularitate prouenſente ex quacũque Bigamia, ex D. Th. vbi ſupra. art. 8. quia omnis irregularitas ſolo iure humano eſt introducta. In vera tamen non ſolent, neque poteſt poteſtate ordinaria ſine vrgẽti cauſa diſpenſare in ſimilitudinaria, & interpretatiuã põt, & ſolet ſaltẽ iuſta de cauſa. *Qui diſpenſat cũ Bigamis.*

EXAM. Poteſt ne alius a Papa diſpẽſare?

CONF. Nemo alius à Papa in vera, & interpretatiua ad Ordines ſacros diſpẽſare poteſt, ſecundum omnes. Neque ad Ordines minores, ſecundum Io. Andr. Anc. Attamen ſecundum D. Tho. 4. d. 27. & Sylu. verb. Bigamia, ad minores poteſt Epiſcopus, quod dictum gloſſat Nauarr. vbi ſuprà, & dicit hoc eſſe verum quo ad vſum Ordinum ſuſceptorum, nõ autem quo ad nouos Ordines ſuſcipiendos. 11

De ſecunda ſpecie irregularitatis.

EXAM. QVÆ eſt ſecunda ſpecies irregularitatis? 10 *Secũda Species.*

CONF. Eſt illa q̃ puenit ex defectu corporis.

EXAM. Qualis corporis defectus hanc irregularitatem inducit? 11 *Defect. corporis inducẽtes irregularitatem.*

CONF. Defectus, ſeu imbecillitas cuiuſcũq; membri principalis, prouenicns ob culpã propriam, hãc irregularitatem inducit, etiã quod membrum ſit occultum, neque impediat facultatem vtendi ordine, ex Nau. vbi ſup. nu. 198.

Huiuſmodi eſt ille, cui abſciſſum fuit ali

quod membrum principale ordine iuridico.

Item ille, cui fuit abſciſſum ab inimicis in pœnam alicuius delicti, vt patet de illo, qui abſcindit pudenda illius, quem inuenit cum ſua matre, vel vxore, ſorore, &c.

Item huiuſmodi eſt ille, qui dans operam rei illicitæ, id perdidit.

Item huiuſmodi eſt ille, qui iuſſit, aut rogauit vt id abſcinderet quis, &c.

Omnes iſti ſunt irregulares huius ſpeciei. Nau. vbi ſupra.

12 EXAM. Qualis corporis defectus hanc irregularitatem non inducit.

Defect' corporis nõ inducẽtes irregularitatẽ.

CONF. Defectus, ſeu imbecillitas membri non principalis, ſiuè partis mẽbri principalis. Immò defectus membri principalis abſquè propria culpa, non inducit irregularitatem.

Huiuſmodi eſt ille, cui conſilio medici ob valetudinem fuere abſciſſa, aut ab infidelibus, aut ab inimicis ſine propria culpa.

Item huiuſmodi eſt ille, qui aut à parentibus, aut ab alijs fuit caſtratus.

Item huiuſmodi eſt ille, qui natus eſt abſquè pudendis genitalibus. (in altari

Itẽ claudicatio illius, cui ſcipio, ſeu baculus nõ eſt neceſſarius, non inducit irregularitatẽ.

Item macula oculi, quæ non priuat viſu, neque notabilem deformitatem inducit.

Item gibus, & nimia magnitudo vtriuſquè, aut alterius oculi, ſi non ſint notabilis defor-

mitatis

mitatis, prędicti defectus non inducunt irregularitatem, neque tales defectus habentes efficiuntur irregulares. ex Nau. vbi ſup. nu. 199.

EXAM. Qui defectus reducuntur ad iſtam ſecundam ſpeciem irregularitatis? 13 *Defect' illegitimitatis*

CONF. Primo ad defectum corporalem reducitur defectus illegitimatis, & omne genus illegitimorum includit, etiam ſi eorum defectus ſit occultus ex Nau. vbi ſup. 201.

EXAM. Qui diſpenſat in hac irregularitate? 14 *Qui diſpenſat cũ illegitimo.*

CONF. In hac irregularitate ſolus Papa diſpenſat quantum ad Ordines ſacros, ad dignitatem & ad beneficium curatum quantum verò ad Ordines minores, & ad vnum ſimplicem beneficium poteſt Epiſcopus diſpenſare.

Profeſſio autem Religionis ad omnes Ordines diſpenſat, non tamen vt poſſit eſſe Prælatus, aut prelata. ex Palud. 4. d. 43. q. 3. Vide Nauar. vbi ſuprà nu. 201.

Secundo, defectus ætatis requiſitæ ad receptionẽ Ordinũ, &c reducitur ad defectũ corporalẽ, & facit irregularẽ. Nau. vbi ſup. nu. 202. *Defect' ætatis.*

EXAM. Qui in hac irregularitate diſpenſat? 15 *Quã diſpẽſat in præfato defectu.*

CONF. In hoc defectu ſolus Papa diſpenſat etiam cum Religioſo, non obſtantibus eorum priuilegijs, quæ excluſa videntur ex Concilio Trid. ſeſſ. 23. cap. 12 de reform. Nau. vbi ſup.

Tertio, defectus lepræ, ad hunc defectũ corporalem etiam reducitur, & irregularitatem portat, qui non ſolum ſuſceptionem impedit, *Defect' lepræ.*

ſed etiam vſum eorũ. Immò quilibet defectus cuiuſuis infirmitatis, quæ notabile ſcandalum Ordinum vſui præbet, ex Nau. vbi ſup. nu. 202.

16 *Qui diſpẽſat i hoc defectu lepræ:*

EXAM. Qui diſpenſat in hoc defectu?

CONF. Solus Papa diſpẽſat. ex Nau. vbi ſup.

De laborante morbo caduco, arreptitio, energumeno obſeſſo à dæmone amente & furioſo.

Quarto, ad defectum corporalẽ omnes iſti defectus reducuntur: nempè Morbus caducus, ſeu Epilepſia, vel Epilentia. Arreptitius. Energumenus. Obſeſſus à dæmone.

Item amens, lunaticus, & furioſus. Omnes iſti ſunt irregulares huius ſpeciei, ex Nau. vbi ſupra, num. 203.

Notandum, ꝙ qui morbo caduco laborat, nunquàm poteſt ordinari, etiã ſi omnino ſanus appareat, & ſi iam eſt ordinatus, non poteſt celebrare, ſi ſæpè decidit, aut etiã raro, dũmodo ſpumas ore euomat: obſeſſus verò à dæmone nũquã celebrare debet, ex D. A. 3. p. tit. 28. c. 5.

17 *Qui diſpẽſat i prædictis defectibus.*

EXA. Qui poteſt diſpẽſare in his defectibus?

CONF. Solus Papa, & nullus alius à Papa hoc poteſt.

De hermafrodito.

Quinto, hermafroditus. i. qui habet vtrunq; ſexum, non eſt Ordinis capax, & hoc ſi magis præſtat ſexu fœmineo, quàm virili, at ſi magis virili quàm fœmineo polleat, licet ſit Ordinis capax, tamen ordinari non debet, ſecundum D. Ant. 3. p. tit. 28. c. 6. §. 5. quia eſt monſtrum. & ex Nau. num. 203.

EXAM. Qui põt diſpẽſare ſuper hac irregularitate?

CONF. Solus Papa.

Sexto,

Sexto, Seruitus est ad hunc defectum reduci *Defect' ſeruitu-*
tundia quã ſeruus eſt irregularis hoc modo, vi- *tis.*
delicet, quia non põt ſine licentia ſui dñi ordi-
nari, & ſi cum ſua libera facultate dñi ordina-
tur, vltra quod verè eſt ordinatus, liber effici
tur. Vide Nauar. cap. 27. num. 203. ex D. Ant.
3. part. 28. c. 6. §. 6.

Septimo, infamia tàm iuris, quàm facti redu *Defect' Iſamiæ.*
citur ad hanc ſecundam ſpeciem. Ità quod infa
mis iuris, vel facti eſt irregularis huius ſpe-
ciei. Ex Nauar. vbi ſupra.

EXA. Qui diſpẽſat in hoc defectu infamiæ?

CONF. Cum infame infamia iuris ſolus Pa
pa diſpenſat, cum alijs poteſt Epiſcopus.

Octauo, impotentia bibendi vinum ad hunc *Defect' nõ libẽdi vinũ.*
defectum reducitur, & irregularitatem indu
cit. Ita quod qui non poteſt bibere vinũ quin
euomat eſt irregularis huius ſpeciei.

EXAM. Qui diſpẽſat in hac irregularitate? 19

CONF. In hoc defectu, ſiuè irregularitate, *Qui diſpẽſat hac.*
neque Papa põt, niſi eſſemus huius opinionis,
quod Papa poſſet diſpenſare cum celebrãte, vt
non cõmunicet ſub vtraq; ſpecie ſacramenta-
li, poteſt tamen diſpenſare ad ordines mino-
res, quia ſic non tenetur ſub vtraquè ſpecie
Chriſtum ſumere.

De Tertia Specie Irregularitatis.

EXAM. QVÆ nam eſt tertia ſpecies ir- 20
regularitatis? *Tertia*

CON. Eſt illa, q̃ cauſatur ex defectu animæ. *ſpecies.*

EXAM.

21 EXAM. Qui ſunt irregulares huius ſpeciei?

Defect' Animę, &c. CONF. Huius ſpeciei eſt irregularis idiota, ſiue illiteratus pœnitus literarum ignarus. Itē infidelis, vt Saracenus, Iudæus, Paganus, Neophitus, ſiue recenter conuerſus, & vniuerſaliter qui non eſt baptizatus, etiam ſi ſit Cathecumenus, & ſanctus, quia ordinis caracter præſupponit caracterem Baptiſmi.

Item Hæreticus, & Hæreticorum fautor, ēt ſi ſit baptizatus, imò filij Hæreticorum. Ex Nauar. cap. 27. num. 205.

22 EXAM. Qui diſpenſat in his defectibus, ſeu in hac irregularitate?

Qui diſpēſat ī defectib. anima. CONF. Solus Papa pōtiat non ſatis benè in defectu iuditij cōtinui, neq; in defectu Baptiſmi, quia hęc duo iure naturali, & diuino requiruntur in eo, qui eſt ordinandus. Ex eodē vbiſ.

23 *De Tertia Specie Irregularitatis.*

Quarta ſpecies EXAM. QVÆ nam eſt quarta ſpecies irregularitatis?

De defectib. lenitatis perfectæ. CONF. Eſt illa, quæ cauſatur ex defectu lenitatis perfectæ, & hæc irregularitas ſequitur ex homicidio, vel mutilatione iuſtis. Viſum eſt enim Eccleſiæ Sanctæ Dei talem nō poſſe benè repræſentare lenitatē, ſeu manſuetudinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui propter nos ſuum

24 *De irregulare huius ſpeciei.* proprium ſanguinem fudit. ſecundum D Th. 2. 2. q. 40. art. 2. & Nauar. c. 27. num. 206.

EXAM. Qui ſunt irregulares huius ſpeciei?

CONF. Omnis, & ſolus ille, qui iam baptizatus,

xatus, hominē deformatī casu licito (alio quā infirmitatis) aut dat causam propinquam deformandi aliquē, aut saltem vt citius deformetur, extra necessitatē ineuitabilem suæ vitæ defendendæ. Exactam declarationem omniū particularum in hoc dicto contentarum habes à Nau. c. 27. num. 209. vsque ad num. 212.

EXAM. Enumera aliquas personas huius speciei irregulares? 25 *Qui incurrāt prædictā irregularitatem.*

CONF. De numero istorum sunt. Iudex iuste procedens. Accusator. Promotor fiscalis. Testis. Notarius, qui sententiam scribit, aut pronuntiat, aut testimonia testium scribit, aut legit quando publicantur, scribens, aut dictans literas, quibus mandatur deformatio.

Agens, aut procurans contra reum deformationem patientem.

Assessor, & quilibet alius officialis, omnes pdicti, & huiusmodi alij sunt irregulares huius speciei, quia omnes hi deformant, aut causam propinquam deformationis dant, aut vt deformatio citius sequatur ex Nau. c, 27. num. 13.

Item est irregularis huius speciei ille, qui deformat aliquē ob defensionem vitæ alterius etiam matris aut patris, patriæ, aut sui honoris, ex eodem.

Item est irregularis huius speciei, comitans iudicē tanquàm Notarius, Satellus, aut custos damnati, qui ducitur ad mortem, aut ad mutilationem. Ex eodem.

Item

Item vendens, aut commodãs ſcalas, funes: enſes, ſagittas, Baliſtas, aut aliqua alia inſtrumenta ad laqueo ſuſpendendũ, iugulandũ, manuũ, aurẽ, aut aliud membrum detruncandum.

Item qui capit, aut indicat furẽ, aut reum, vt à iudice capiatur, & ẽt qui eum tradit cauſa ſuæ vtilitatis, aut conqueritur de aliquo apud iudicem ſine proteſtatione nè procedat ad deformationem.

Item qui vt conſequatur indulgentias fert ligna ad Hæreticum comburendum, ſi ligna cooperantur ad mortem eius, aliàs non, ſecundũ D. Ant. 3. p. tit. 28. c. 2. §. 5. vide qñ ſtrangulantur Hæretici antequã vrantur, non efficiuntur irregulares, neque etiam quando viui cremantur ſi ligna proiecta fuerint iam vita functis.

Item hortantes cõdemnatum, vt admoueat caput ad ſtipitem, aut ad Cippum, aut vt aſcẽdat ſcalas, aut facit, & hortatur aliquid aliud ob quod accelleratur deformatio.

Item qui acuit gladium, aut præparat funes aut alia inſtrumenta, quibus citius, aut minori cum dolore fiat executio ſecundum omnes

26 doctores. Omnes in quàm prædicti ſunt irre-

Qui excuſãtur à prædicta irregularitate. gulares huius ſpeciei, nempè ex defectu lenitatis perfectæ, Ex Nau. c. 27. num. 17. &c.

Quæ perſonæ excuſantur ab hac irregularitate?

Primo, excuſantur ab hac irregularitate omnes denunciantes proditiones (etiam ſi ſint

cleri-

clerici) homicidia, & alia delicta cum proteſtatione,nempe ſe facere hoc,ſolum vt vitētur mala, & non vt aliqua pœna ſaltem deformationis puniantur. Ex Nau.c.27. num.213.

Item Clericus præſens bello iuſto et adortando ad victoriam generaliter, & percutiendo multos proprijs manibus, ac efficiendo vt milites eius ope & hortatu multos occidant, non fit irregularis, ſi per ſe nō deformet, quia non dat cauſam propinquam deformandi, ſecus eſt ſi adhortetur intentione ſpeciali, vt deforment. Ex Nau. vbi ſup. num.215.

Itē excusātur ab hac irregularitate Prælati & Clerici omnes, qui nō ſolum interſunt bellis ſacris, iuſtis, & pijs cum ſuis ſubditis, & militibus, ſed etiam ſolent exhortari eos ad præliandum, & vincendum, ſine tamen intentione ſpeciali ad deformandum per ſe, vel per alios. Nauar. vbi ſuprà num.217.

Item excuſantur non ſolum Clerici, ſed etiā regulares omnes, qui magno fidei zelo, & non minori animo ſolēt exhortari Christianos cōtra hoſtes ſanctæ fidei, manibus crucem portantes, ac aciem ipſam præeuntes, qui certè non irregulares, ſed regulariſſimi dicendi veniunt. Nauar. ibidem.

Nota hic primo pro maiori luce huius rei ſm̄ Nau.c.27.nu.216. quod licet aliqui textus habeant, ſacerdotes qui ad præliandū incitant in bellis, eſſe irregulares, &c. omnes iſti textus, 27 *Not.1.*

& ſi

& ſimiles,debent intelligi de incitãtibus,& arma dantibus cũ intentione ſufficienti ad conſtituendam cauſam propinquã deformationis.

28 *Not.* 2. Nota ſecundo,ſecundum præfatum Doctorem vbi ſupra licet intentio actualis, ſiue expreſſa,& virtualis ſiue tacita æquiparentur, & ita ẽt,qui iuuat,incitat,& præbet arma ad prælianđũ,& vincendũ hoſtes,virtualiter vr̃ velle, vt percutiant,mutilent, & occidant eos, ac ẽt qui vult conſequẽs, vult neceſſario antecedẽs, vnde videtur iſtos deformare virtualiter, & licet non in ſe,in cauſa tamen ſua, &c.

Nihilominus iſta fallunt in hac irregularitate,quia ſicut ſpeciale eſt in iſta irregularitate,vt pro actu ẽt iuſtiſſimo incurratur irregularitas,ita ẽt ſpecialiſſimum eſt,vt ad id requiratur cauſa itã propinqua,& intentio tã ſpecialis,& non generalis ad bellandũ,& vincendũ.

29 *Qui diſpẽſat ĩ prædicto defectu.* Qui diſpenſat in hac irregularitate.

Solus Papa, ac longè facilius, & minori ex cauſa quàm in ſequenti irregularitate,quæ ſequitur ex actu illicito. Nau. locis quibus ſup.

De quinta ſpecie Irregularitatis.

30 *Quinta ſpecies.* EXAM. QVÆ nam eſt quinta ſpecies irregularitatis?

CONF. Eſt illa, quæ oritur ex quintuplici delicto.

Primo,ex delicto homicidij iniuſti.

Secundo,ex delicto accipiendi,aut exercendi male ordines.

Ter-

Tertio, ex delicto violandi cenſuras Eccleſiaſticas.

Quarto, ex delicto iterandi ſacramentum Baptiſmi.

Quinto, ex delicto notorio.

EXAM. Quid intelligitur per delictum homicidij? 31

De primo delicto homicidij.

CONF. Delictum homicidij iniuſti non ſolum comprahendit verum, & reale homicidiũ, ſed ẽt mutilationem, ſeu membri abſciſſionẽ, non tñ comprahendit debilitationem Nauar. c. 27. nu. 207. 118. & 224 Ita quod per delictũ homicidij intelligitur homicidium, mutilatio membri, ſeu eiuſdem abſciſſio, &c.

EXAM. Quia pro occidere, mutilare, ſeu abſcindere vtuntur Doctores, & præcipuè Nau. hoc vocabulo nempè deformare, quod comprahendit, & homicidium, & mutilationem, quæro quotuplex eſt deformatio? 32

Deformatio triplex.

CONF. Deformatio triplex eſt.

Vna dicitur voluntaria.

Secunda dicitur merè caſualis.

Tertia dicitur mixta. Nau. vbi ſup. nu. 218.

EXA, Quid eſt deformatio merè volũtaria? 33

Deformatio voluntaria quid.

CON. Eſt deformatio intenta, ſeu volita in ſe, iuſtè, vel iniuſtè, & iſta eſt qñ quis intẽdit deformare iuſtè vel iniuſtè, per ſe vel per aliũ iubendo, conſulendo, cooperando, iurando teſtimonio, vel patrocinio, aut quibus vis alijs modis, vt deducendo aliquem ad locũ vbi de-

for-

formetur, aut procurando vt faciat aliquid ob quod deformetur. Nauar. vbi ſuprà.

36 EXAM. Quid eſt deformatio merè caſualis?

Deformatio caſualis quid.

CONF. Eſt deformatio non intenta, ſeu volita in ſe, neque in ſua cauſa, ad eam ſufficienter ordinata, & iſta eſt illa, quam infert flumē illi, qui ſine prouiſione talis deformationis iuit, aut ad eum miſſus fuit, illa enim mors neque in ſe, neque in cauſa ad illam ſufficienter ordinata, eſt volita Nau. vbi ſuprà.

37 EXAM. Quid eſt deformatio mixta?

Deformatio mixta quid.

CONF. Eſt illa, quæ non eſt intenta, ſeu volita in ſe, ſed eſt intēta, ſeu volita in cauſa, ſufficienter ad illam ordinata, & iſta eſt illa, quā infert ſeruus, qui iuſſus à domino, vt aliquem percutiat citra deformationē, & nihilominus deformat.

Item teſtificatio in cauſa ſanguinis à nolēte deformationem. Nauar. vbi ſuprà. Vide itē D.Th.2.2.q.64.art.8.

38 EXAM. Omnes iſtæ prædicatæ ſpecies deformationis inducunt nè irregularitatem?

Quæ p̄dictorū inducit irregularitatem.

CONF. Prima ſpecies nempè merè intenta ſemper inducit irregularitatem.

Secunda, nunquam.

Tertia, nempè mixta aliquando inducit, putà ſola deformatio mixta ſequuta ex opere illicito, lege iuſtitiæ, vel ex opere licito illicitè facto, qđ eſt cauſa propinqua eius, inducit irregularitatē huius ſpeciei. Nau. vbi ſup. n. 220.

EXAM.

EXAM. Qui ſunt irregulares huius ſpeciei? 10

CONF. Omnis, & ſolus ille, qui diſcretus, & Baptizatus ſe ipſum, vel alium hominem illicitè, ſeu iniuſtè deformat, aut cauſam propinquam illius illicitam, aut ſuæ anticipationis præbet. Declarationem harum particularum habes à Nauar. cap. 27. num. 219.

Qui ſũt irregulares huius ſpeciei.

Et pro maiori claritate ponuntur in ſpeciali aliquæ perſonæ, quæ hanc irregularitatem incurrunt.

EXAM. Enumera aliquas perſonas, quæ hãc irregularitatem non euadunt?

CONF. Enumero, &.

Primo, incurrit eam, qui præbet arma ad bellũ iniuſtũ euntibus, & in eo q̃s deformatur.

Secũdo q̃ præliatur in tali bello, & deformat.

Tertio, laicus, vel clericus, qui alium accuſat in iudicio iniuſtè de aliquo crimine, ob qđ accuſatus mortem aut mutilationẽ meretur.

Quarto, qui indicat alicui vbi ſit inimicus eius, aut quò iuit, aut quo inuenitur, quem quęrit ad deformandum iniuſtè, & deformatio eſt ſequuta.

Quinto, iudex cõdemnans iniuſtè, & omnes fauentes tali condemnationi, ſcienter tamen.

Sexto, qui illicitè rixatur, aut certat cũ alio, & eius amici ſuperuenientes eum deforment, ēt ſi id faciant abſq; eius conſenſu, nu. 225.

Septimo, Medicus, qui dolo, ignorantia, negligentia, aut audacia omittit regulas ſuæ

O artis,

Digitized by Google

artis,& ob id deformat.num.228.

Octauo,cuſtos infirmi,qui dolo,aut notabili culpa,aut contra conſilium curantis præbet, aut facit aliqua ob quæ infirmus deformetur, ſaltem citius,non tamen ſi id efficiat bona fide.num.229.

Nono.Iniuria affectus,ſi eius amici iniuriãtem deformãt rogati vel iuſſi ab ipſo,& etiam ſi eo ſciente,& non contradicente.num.231.

Decimo,qui auertit aliquem, ne quis liberatur ab iniuſta morte, num.231.

Vndecimo,qui iubet,mandat, vel conſulit, aliquem deformare illicitè, ſequuta tamẽ deformatione,ſiuè ſtatim,ſiue poſt, antequã iuſſum vel mandatum reuocetur expreſsè, vel tacitè per amicitiam. num.233.

Poſſem hic plures alios caſus enarrare, ſed quia in longum protenderetur oratio,ideo remitto vos ad maiora volumina. Hæc omnia habes à Nau.c.27.à num.244.

40 EXAM. Quæ perſonæ excuſantur, ſeu eximuntur ab õ hac irregularitate?

Qui eximũtur ab hac irregularitate.

CONF.Primo excuſatur deformãs embrionem inanimatum, aut cadauer exanimatum.

Secundo,propinans potum mulieri,aut viro, quo impeditur generandi facultas.

Tertio,qui prægnantem facit abortiri,antequam fœtus ſit animatus anima rationali, ſed ſi hoc ſit incertum nempè,ſi fœtus fuit animatus,necnè, debet ſe cenſere irregularem.

Quar-

Quarto,qui pluries vulnerat, ét cum maxima ſanguinis effuſione,etiam abſcindendo aliquas partes membrorum,ét ſi maneat inhabilis ad celebrandum,quia non deformat.

Quinto,qui iuſtè aliquē percutit, & non occidit, licèt ab alijs ſine eius culpa occidatur, aut culpa medici,aut malo regimine,aut morbo ſuperueniente moriatur,ſecus eſt de iniuſtè percutiente. num.223.

Sexto,qui tantum debilitat,etiam ſi ille nequeat celebrare. num.224.

Hæc ex Nauar.cap.17.à num.318. vſquè ad num.224.

Item non eſt irregularis huius ſpeciei medicus, qui non vult curare infirmum , qui ob id moritur,neque diues non paſcens,vel non veſtiens,famæ,vel frigore morientem . Neq; qui cum poteſt,non defendit, quē aliqui deformāt niſi ſit iudex, aut qui ex ſuo officio ad id tenetur,ratio eſt, quia id nō ſequitur ex opere illicito lege Iuſtitiæ, ſed ex lege charitatis.

At omiſſio operis charitatis (ét ad mortale obligantis)non obligat ad reſtitutionem damni,neque ad pœnas irregularitatis.

Imo non incurritur,ét ſi omittant illa tria prædicta voluntate,& deſiderio mortis eius. ex Diu.Ant.3.p.tit.28.c.2.Cōtra Sil.verb. homicidium 2.q.1.& contra Angel.verbo eodem 1. §.17.Confirmāte Nau.c.27.num.231.

Item Hæbrius extra iuditium poſitus,& om-

nino ebrius, ſi deformat, nō efficitur irregularis tamē ebrius, qui omnino iuditium non ammiſit, & cognoſcit ſe eſſe ſolitū inebriari, & capere arma, & percutere, eſt irregularis. Ex eodem Nau.c.27.num.130.

Item non eſt irregularis huius ſpeciei, neq; etiam præcedentis.

Imo neque alterius, qui ob id quia intendit ſuū recuperare, detinet, aut detinere facit furē quouſque veniat iudex, aut iudici tradat.

Neque qui furti ſibi facti accuſat in iuditio (etiam ſi ob id fur ſuſpendatur) dummodo expreſſe proteſtetur non intendere pœnam ſanguinis, & id ei vere, & realiter diſpliceat, ſi autē verè placeat, vt ei iudex irroget pœnā ſāguinis, efficitur irregularis in foro conſcientiæ, et ſi verbo, vel ſcritto contrariū proteſtetur. vnde licet per ſolam voluntatem ſine opere exteriori non incurratur irregularitas, tamen nunc cum voluntate concurrit accuſatio, & quærimonia exterior, at hæc irregularitas non erit huius ſpeciei, ſed præcedentis, quæ oritur ex defectu perfectæ lænitatis. Nau.c.27.nu.216.

EXA. Quia hæc irregularitas procedit ex
41 delicto homicidij, q̄ro quot modis poteſt cōtingere homicidiū? ſeu quotuplex eſt homicidiū?

Homicidium multiplex.

CONF. Duplex poteſt eſſe homicidium.

Vnum voluntarium, & alterum caſuale.

Voluntarium poteſt eſſe duplex licitum, vel illicitum.

Illi-

Illicitum item poteſt eſſe duplex.

Vnum, intentum, ſeu volitum in ſe.

Alterum intentum, & volitum in ſua cauſa, puta cauſa defenſionis.

EXA. Quid eſt homicidium caſuale?

CONF. Eſt deformatio nō intenta, ſeu volita, neque in ſe, neque in cauſa, in eam ſufficienter ordinata.

EXA Quid eſt homicidiū voluntariū licitum. 42

Homicidiū voluntariū licitum quid.

CONF. Eſt deformatio intenta, ſeu volita in caſu licito, alio quam infirmitatis, vel ſuæ vitę defendēdę, puta homicidiū factum in bellis iuſtis, aut ſecūdum iuris ordinē a iudicibus, &c. elicitur ex Nau. cap. 27. num. 209.

EXA. Quid eſt homicidium voluntarium illicitum in ſe, vel in ſua cauſa. 43

Homicidiū voluntariū illicitū quid.

CONF. Eſt deformatio illicita intenta, ſeu volita in ſe, vel in ſua cauſa ſufficienti, alias quam vitandæ mortis cauſa ab oratore.

Dicitur illicita, primo ad differentiā deformationis, quæ neque eſt illicita, neq; licita, vt eſt illa facta ab infante, & a furioſo.

Secundo ad differentiā deformationis licitæ, vt eſt illa facta à militibus in bellis iuſtis, vel a iudicibus, &c.

Dicitur intenta in ſe, vel in ſua cauſa ſufficiēti, ad differentiam homicidij caſualis, quod nō eſt intentum, nec in ſe, neque in ſua cauſa ad eam ſufficienter ordinata.

Dicitur alias quàm vitandæ mortis cauſa,

ad excludendam deformatiouem intentam ob defenſionem propriam.

Dicitur ab oratore, quia non ſufficit vt ab alio intendatur, lege Nau.cap.27.nu.240.

44 *Qui diſpenſat in hoc delicto homicidij volũtarij.*

EXA. Qui poteſt diſpenſare ſuper hãc irregularitatem homicidij voluntarij?

CONF. Solus Papa poteſt, ſed nõ ſolet Epiſcopus vero per Con.Trid.ſeſſ.14.c.7.de reformatione nequit, nec ad vllos ordines, neque ad beneficiũ (etiã ſimplex) diſpenſare. Nau. vbi ſupr.

De ſecũdo delicto ex quo oritur irregularitas.

45 *de ſecũdo delicto accipiendi, vel exercendi male ordines.*

EXA. QVodnam eſt ſecundum delictum, ob quod quis irregularis efficitur?

CONF. Eſt delictum exercendi, aut accipiendi malè ordines.

EXA. Qui ſunt huius ſpeciei irregulares.

CON. Eſt irregularis huius ſpeciei ille, qui ſcit aut ſcire debet ſe eſſe cẽſuratum, nempè excõmunicatum, maiori excommunicatione, ſuſpenſum, vel interdictum, & tamen ordinatur, vel ordinem ſuſceptum exequitur.

46 *Qui incurrũt an irregularitatem.*

Item eſt irregularis huiuſmodi, qui quatuor ordines minores, & ſub diaconatum vno, eodemquè die ſuſcipit, conſuetudo tamen poteſt eum excuſare ſecundum D.Ant.3.p.tit.14. c.16.§.16.& a fortiori ſi duos ſacres ordines ſimul ſuſcipit.

Item eſt irregularis huius ſpeciei, qui ordinatur ab Epiſcopo cenſurato. Simoniaco. Sciſmatico, Hæretico, depoſito, vel degradato, recipit,

Digitized by Google

cipit, tamen caracterem, non tamen vſum ordinum ſuſceptorum. Nau. vbi ſupra nu. 241.

Itē laic' fingēs ſe eſſe cōfeſſariū. Nau. n. 243

Item eſt irregularis huius ſpeciei, qui vtitur ordine quem non habet. Nau. num. 242.

Item clericus violans interdictum generale aut ſpeciale, locale, vel perſonale, ſepeliendo, vel adminiſtrando ſacramenta, aut diuina celebrando, ſic vt aliquod opus peculiare alicui ordini faciat. Nau. num. 243.

Item eſt irregularis, qui ordinatur ante legitimam ætatem præfixam à ſacro Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 12. vel extra tēpora, vel abſquè litteris dimiſſorijs. Irregularis inquàm eſt ſi ordinem ſuſceptum exercet, antequàm abſoluatur quia eſt ipſo iure ſuſpenſus.

Itē idē dico de ordinato per ſaltū, qui eſt ipſo iure ſuſpenſus, & prætermiſſum ordinem ſine diſpenſatione ſuſcipere nequit. diſpenſat in hoc Epiſcopus ſi nō vſus fuit ordine accepto, ſi verò vſus fuit accepto, aut ēt prætermiſſo, diſpenſat ſolus Papa, maximè ſi non ignoranter id fecit. Nau. c. 25 nu. 71. & cap. 27. nu. 242.

EXA. Qui diſpenſat cum illo, qui efficitur irregularis propter cenſuras. 47 *Qui diſpenſat cū prædictis irregularibus.*

CON. Iure ātiquo ſol' Papa poterat diſpēſare.

At modo iure nouo Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. poteſt Epiſcopus, ſi cēſuratus eſt occultus. Na. vbi ſup. nu. 241. & c. 25. nu. 72. & 93.

EXA. Qui diſpenſat cū ſuſcipiente duos or-

dines ſacros ſimul?
CONF. Solus Papa Epiſcopus vero poteſt concedere vſum prius ſuſceptorum. Nau. nu. 241.
EXA. Qui diſpenſat cum ordinato ab Epiſcopo cenſurato, hæretico, &c.
CONF. Solus Papa diſpenſat ad executionem ordinum ſuſceptorum ab Epiſcopo cenſurato. hõc intellige ſi eſt denũtiatus, vt talis, & id nõ ignorauit, ſi vero ignorauit ſuſpenſionẽ, ſeu denuntiationem, poteſt Epiſcopus diſpenſare cũ eo. Nau. c. 25. nu. 69. & c. 27. num. 241.
EXA. Qui diſpenſat cum ordinato ante legitimam ætatem: extra tempora; aut abſquè litteris dimiſſorijs.
CONF. Solus Papa diſpenſat ſi ordinẽ illũ vſus fuit. Nau. c. 25. nu. 70. & c. 27. n. 135. 201. & 242
EXAM. Qui diſpenſat cũ violante interdictum eccleſiaſticum.
CONF. Ad aſcendendum ad maiores ordines ſolus Papa diſpenſat, ad vtẽdum vero acceptis Epiſcopus poteſt. Nau. c. 27. nu. 243.
48 EXA. Qui diſpenſat cum laico, vel clerico vtẽte ordine, quem non habet?
De delicto violandi cẽſuras. CONF. Solus Papa.
De tertio delicto, ex quo naſcit Irregularitas.
EXA. QVod nam eſt tertium delictum ob quod quis irregularis efficitur?
49 CONF. Eſt delictũ violãdi cenſuras celebrãdo
Qui hãt irregula EXA Qui ſunt irregulares huius ſpeciei?
CONF. Irregularis huius ſpeciei eſt ille, qui
ſcit,

ſcit, aut ſcire debet ſe eſſe cenſuratum, & nihilominus celebrat diuina officia. *ritatem icurrit.*

Aut facit ſolemniter aliquid alicui certo ſuo ordini deputatum, tanquam ordinatus tali ordine.

Aut audit diuina auctorizando. Vide Nau. c.27.nu.244.cum ſua declaratione, item pro hac re vide eundem c.25.nu.93.

EXA. Qui pôt diſpenſare ĩ hac irregularitate? 50

CONF. Solus Papa id poteſt, ſicut, & in alijs irregularitatibus, cum omnis irregularitas ſit à iure poſitiuo, vt in principio dictum eſt, &c. *Qui diſpẽſat ĩ irregularitate.*

De Quarto delicto, à quo venit irregularitas.

EXA. QVod nam eſt quartũ delictũ, ob q̃ quis irregularitatis pœnã ĩcurrit. 51

CONF. Eſt delictum iterandi Baptiſmum. *De delicto Baptiſmi.*

EXA. Quis eſt irregularis huius ſpeciei delicti.

CONF. Eſt ille qui ſciẽs aut ſcire ſe debẽs eſſe Baptizatum, iterum ſe baptizari permittit. 52

Item qui Baptizat quẽ ſcit ſe eſſe Baptizatum. Nau. c.27.nu.246.& c.25. num.75. *Qui sũt irregulares huius ſpeciei.*

Item qui iterat ſacramenta, quæ caractere imprimunt. ſecundum D. Ant. licèt contrarium aſſerat Scotus 4.d. 7. q.vlt. ſed certè aptior eſt ſententia D. Ant. confirmãte. Nau. c.27.n.247. 53

EXA. Qui diſpenſat ſuper hac irregularitate.

CON. Solus Papa id poteſt. *Qui diſpẽſat ĩ hoc delicto.*

De quinto delicto ex quo oritur Irregularitas.

EXA. QVod nam eſt quintum delictũ, per quod quis irregularitatẽ incurrit. 54

CON.

de delicti notorietate.

CON. Eſt delictum notorium, & depoſitione dignum.

55 EXAM. Qui eſt irregularis ob notorietatem delicti?

Qui sũt irregulares huius ſpeciei.

CONF. Eſt ille qui notorio crimine enormi, & depoſitione digno notatur, delictũ debet eſſe notorium, quia ſola enormitas delicti non facit irregularem, debet etiam eſſe depoſitione dignum, quia vltra notorietatam, requiritur quod talis enormitas criminis notorij ſit digna depoſitione, alias ſecus eſt. Ex Nau. c.27. nu.248. & c.25.nu.73. & ex D.Ant.3.p.tit.28. c.6.§.7.

56 EXA. Quæ nã ſunt crimina depoſitione digna?

crimina depoſitione digna.

CON. Crimẽ adulterij, & omnia alia illo maiora, vt concubinatus, diu continuatus, & notorius.

Item ſtuprum virginis.

Item crimen furti, fraudulentiæ, ſacrilegij, falſi teſtimonij, & hæc quando ſunt manifeſta per propriã confeſſionem, vel per ſententiã latam, vel per euidentiam facti, ita quod factum inficiari non poteſt ex Nauar. vbi ſupra.

57 EXA. Qui diſpenſat in hac irregularitate?

Qui diſpenſat in hoc de delicto.

CON. Circa irregularitatem, quæ naſcitur ex delicto adulterij, & alijs minoribus delictis poteſt Epiſcopus diſpenſare.

In ea verò quæ oritur ex maioribus delictis adulterio, ſolus Papa id poteſt diſpenſare, niſi quando, & ad quæ iura id Epiſcopus concedunt.

Digitized by Google

dunt.Nau.c.27. nu,250.

Pro exactiori, & vberiori notitia huius materiæ irregularitatis adijciam aliquas regulas ſcitu neceſſarias,collectas ex Nau. & D. Tho. quibus benè perpenſis, faciliter qui irregularis,& qui ſecus eſt,dignoſcetur.

Sit igitur: *Regula prima.*

Prima regula. Nulla eſt irregularitas mentalis,quia nulla earum incurritur ſola voluntate faciendi, ſed requiritur ad irregularitatē incurrendam,vt interueniat factum, vel conſilium.vel præceptum,vel defenſio,vel cooperatio,& huiuſmodi in id ob quod imponitur.Ex Nau.c.27. nu.193. 58 *Decem regulæ, quibus dignoſcũtur qui sũt irregulares.*

Secunda Regula. Nemo in dubio iudicādus eſt irregularis in foro exteriori,& ob id iudex non debet aliquem iudicare irregularem, in foro tamen interiori quilibet debet ſe reputare irregularem. Forum interius non ſolũ reputatur forum pœnitentiæ,ſed etiam conſilij. *Regula ſecũda.*

Tertia regula. Irregularitas quantumuis occulta, tantũ nocet quo ad forum conſciētiæ quantum publica,& aquæ neceſſaria eſt diſpenſatio in vtraque, contra caſtrenſ. qui loquens de irregularitate occulta contrarium aſſerit. Ex Nau.c.27.nu.194.& 293. *Regula tertia.*

Quarta celebrans irreritus aliqua irregularitate antequàm diſpenſetur,licet noue peccet,quoties celebrat, non tamen nouam irregularitatem incurrit, quia irregularis nullam *Regula quarta.*

violat

violat cenſuram. Nau. cap, 27. nu. 193.

Regula quinta. Quinta poteſtas abſoluendi a peccatis (etiã p. Bullas Papæ) nõ extenditur ad diſpenſationẽ irregularitatis. Imo neque poteſtas abſoluendi a cẽſuris extẽditur ad irregularitates, quia iregularitas non eſt cenſura, vt quidam malè dixerunt. Nau. c. 27. nu. 94. & 250.

Regula ſexta. Sexta. Nullus incurrit irregularitatem, niſi in caſibus in iure expreſſis. Nau. c. 27. nu. 294.

Prædictę regulę eliciuntur ex Nau. c. & num. quibus ſupra. Hæ tres ſequentes eliciuntur ex Diuo Tho. 2 2. quæſt. 64. artic. 8. quas habes recitatas in Armilla de homicidio. nu. 3.

Regula ſeptima Septima regula. dans operam rei licitæ, & adhibens diligentiã, quàm debet, & non excedens, ac non habens voluntatem occidendi, vel mutilandi, non efficitur irregularis, propter ſequens homicidium, vel mutilationem.

Octaua. Dans operam rei licitæ, & non adhibens diligentiam, quàm debet, vel exiſtens in culpa, etiam læui, non autem leuiſſima, efficitur irregularis perſequens homicidium, vel mutilationem.

Nona. Dans operam rei illicitæ, quantumcunque adhibeat diligentiã, fit irregularis per conſequens homicidium, & mutilationem. His tribus regulis multos caſus reſolues.

Decima. Occidens, vel mutilans, ſe ipſum defendendo, non valens aliter ſe ipſum defendere, non eſt irregularis. Nec occidens, vel mu

tilans

tilans dormiendo. Ex Diu. Thom. verò vbi ſu. & 4.d.25.q.2.art.2.ad 3 contrarium aſſeritur, quia fuit ante determinationem Clem. vnica.

Nota primo, quod in omnibus facultatibus diſpenſandi ſuper irregularitatibus (factis, tàm ſummo pœnitentiario, quam legatis: Cruciatarum commiſſarijs, & quibuſuis alijs) ſemper excipitur, & excluditur facultas diſpenſandi ab irregularitate cauſata ex homicidio voluntario illicito. Nau. cap. 27. nu. 240. Imò excipitur etiam illa, quæ ex Bigamia oritur, ex eodem num 250.

Nota ſecundo, quod dans operam rei licitæ ſi fuit in culpa (etiam læuiſſima incommittendo (tenetur de caſu inde ſequto, quo ad irregularitatem. Si verò fuit in leuiſſima culpa in omittendo, non incurrit. Iura enim plus prohibent commiſſionem, quam ommiſſionem. Vide Armill. vbi ſuprà num. 12.

* * *

RE-

RESPONSIO
TACITAE OBIECTIONI
de ommiſſione.

DECIMI TERTII CAPITVLI,

Quod de caſiaus in ſpecie eſſet addendũ.

Poſſet hic addi tertiumdecimũ capitulum de caſibus particularibus, quandoquidem ipſi Adm.RR. Patres examinatores vt plurimũ: & ferè ſemper de aliquibus caſibus expoſcere ſolẽt. At quia nõ poſſumus ſcire de quib. caſib. Interrogare habẽt, cũ ſint quaſi ĩfiniti, ideo non oportet de caſibus ſermonem facere.

Tum quia de his plurimi confecti ſunt libri & maximè quia duo libelli denuo venerunt in lucem, vnus continens deciſionẽ 100. caſuum conſciantiæ, æditur per R.P. Fratrem Seraphinum Razzi, ordinis Prædicatorum, & alter 70. per R. P. Fratrem Auguſt. Guerrieri ordinis Heremitarum, quos libros (bonè confeſſor) videre potes, &c.

Tum quia in longum protenderetur noſter dialogus.

Tum quia ad minus ſufficit, ac ſatis eſt cõ-

feſſario de caſibus occurrentibus peritos, & doctos conſulere.

Tum quia (& hoc maximè) per noſtrum libellum multi, ac multi dilucidantur caſus, vt per capita examinis clarè eſt videre.

Vnum tamen ſcire vos volo confeſſarios, quod oportet ſtuduiſſe, & multos libros legiſſe & relegiſſe, aurit enim aquam cribo qui, vult diſcere ſine libro, & labore.

Ingenioſè itaque lector. Si quid boni ꝑ tua vtilitate in noſtro libello proſpexeris, Deo (à quo omne bonum optimum, & omne domum perfectum deſcendit) gloriam tribue, & honorem eumquè pro me rogare digneris.

Si quid verò non benè, ornatè, diſtinctè, ac limitatè, ætati quæſo parce, & meæ mediocri exercitationi. Quandoquidem, ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Si quid item erroris inueneris, charitatiuè emenda, poſt terga paſſione relicta. Noli ergo bonè lector pro bono reddere malum, quãdoquidem, & ſi reddere bonum pro bono ſit æquitatis; Et reddere malum pro malo ſit fragilitatis, tamen pro bono reddere malum eſt peruerſitatis. Itaquè de his, & alijs Deo bonorũ omniũ largitori gratias age, cui honor ſi gloria, vna cum deipara Maria, Beato Dominico, ac Sanctos omnibus per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Expli-

Explicit liber, qui dicitur Examen Exponendorum, æditus per R. Patrem Fratrem Marcellum Graſſo, Ciuem Panormitanum, Ordinis Prædicatorum, Artium, & Sacræ Theologiæ Baccallaureum.

FINIS.

EGo Frater Thomas Ripa, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſter, & Studij Panormitani Moderator, & Regens, fidē facio nil in hoc volumine, quod ſit contra fidē, & contra bonos mores, contineri.
Frater Thomas Ripa qui ſupra manu propria.

FRater Albertus Pipi eiuſdem Ordinis, Sacræ Theologiæ Doctor, vidit perlegit, & approbauit vt ſuprà. Frater Albertus Pipi qui ſupra manu propria.

FRater Io. Petrus Corteſius Prædicatoriæ Familiæ, Sacræ Theologiæ Magiſter, laudauit, approbauit, & impreſſioni dignum reputauit. Frater Ioannes Petrus Corteſius qui ſuprà manu propria.

Imprimatur.	*Imprimatur.*
De la Riba V.G.	*De Blaſch. Praeſ.*

INDEX
PRIMI CAPITVLI.

Primum caput continet quadraginta quinque quæſita.

DE profeſſione, ſeu exercitio exponendorum. nu. 1. f. 1.

De conditionibus Confeſſario requiſitis. nu. 2. f. 2.

De poteſtate requiſita in Miniſtro, prima conditione. nu. 3. f. 2.

De requiſitis in poteſtate Miniſteriali. nu. 4. f. 3.

De neceſſitate huius poteſtatis Miniſterialis. nu. 5. f. 4.

De caſibus, in quibus ſufficit ſola ordinis poteſtas. nu. 5. f. 4,

De verificatione primi caſ⁹ num. 7. fol. 5.

De verificatione ſecundi caſus. nu 8. f. 6.

De Exc. ſi poteſt abſoluere in mortis articulo. nu. 9. f. 6.

De degradato ſi idem poſſet. num. 10. f. 6.

De rationibus pro cenſuratis, & degradatis. nu. 11. f. 7.

De hæreticis, ſciſmaticis, ſeu præciſis ſi poſſent in mortis articulo abſoluere. num. 12. f. 7.

De quodam dubio vergente contra prædicta de hæreticis, ſciſ. & præciſis. nu. 12. f. 7.

Dubitatio contra determinata cum quatuor ſolutionibus, num. 13. f. 9.

De peccatis & caſibus à quibus poteſt ſimplex ſacerdos abſoluere in articulo mortis. nu. 14. f. 9.

De abſoluto in mortis articulo ſi teneatur Confeſſionem iterare, & pro reſeruatis ſuperiori ſe præſentari. nu. 15. f. 10.

De diſcrimine inter articulum, & periculum mortis. nu 16. f. 11.

De articulo & periculo mortis quantum ad id, quod ſignificant. nu.17. fol.11.
De laico ſi poſſet abſoluere in articulo mortis nu. 18. f 12.
de laico quid ſi in præfato articulo tentaret abſoluere, num.19. f.13.
de laico ſi in prædicto articulo poſſet ab excommunicatione abſoluere. nu. 20. f.13.
de Confeſsione facta laico ſi eſſet licita. n,21.f.14.
de confeſsione facta laico ſi eſſet iteranda cum ſacerdote. n.22.f.14.
de quantitate ſciẽtiæ requiſita in confeſſore. Secũda cõditione. nu.23.f 14.
de ſcientia inquiſitiua. numero 24. f.15.
de ſcientia medicatiua.num. 25. fol.15.
de caſibus in quibus cõfeſſarius excuſatur a tali & tãta ſcientia. nu.26.f.16.
de bonitate in cõfeſſore requiſita. Tertia cõditione num.27. f.16.
de neceſsitate huius bonitatis, num.28. f.17.
de malitia,& bonitate, ac infedelitate miniſtri. nu.29. f.17.
de cenſurato abſoluẽte ſi irregularitatem incurrit. nu 30. f.18.
de abſoluto a cẽſurato ſi verè eſt abſolutus.n 31.f.18
de abſoluto ab eodẽ cenſurato ſi peccat,nec nẽ numero 32. f 19.
de pœnitente eligẽte malũ valente eligere bonũ.numero 35. f.19.
de prudentia in confeſſario requiſita. Quarta cõditione.nu.34. f.19.
de prudentia habenda circa confeſsionis præambula. nu.35. f.20.
de prudentia habenda circa ipſam confeſsionem. nu. 36. f.20.
de prudentia habenda circa medium confeſsionis. n. 37. f.21.
de prudentia tenenda circa finem confeſsionis. num. 38. f.21.
de ſigillo in cõfeſsione ſeruando. Quinta conditione,num.39. f.22
de modo & vinculo quo tenetur confeſſor ad ſigillum,

lum.nu.40. f.22.
de conſentis ſub ſigillo. nu. 41. f.22.
de his qui tenentur ad hoc ſigillum. nu.42.f.23.
de duratione ſigilli.nu.43.f. 23.
de caſu in quo licet reſerare ſigillum? nu.44.f.23.
de caſibus in quibus reuelatur confeſsio ſacramentalis.nu.45. f.24.
de duplici poteſtate miniſteriali. nu.1.f.25.
de diffinitione poteſtatis ordinis. nu.2.f.25
de multiplici poteſtate ordinis. nu.3.f.26.
de his qui habent poteſtatẽ ordinis ſacerdotalis. nu. 4. f.26.
de diffinitione poteſtatis iuriſdictionis. n.5.f.26.
de multiplici poteſtate iuriſdictionis. nu.6.f.26.
de diffinitione iuriſdictionis ordinariæ, & illam habentibus. nu.7.f.26.
de diffinitione iuriſdictionis ordinariæ, & illam habentibus. nu.7.f.26.
de diffinitione iuriſdictionis delegatæ,& illam habentibus. nu.8.f.27
de facultate abſoluendi per delegatam iuriſdictioné. nu.9. f.27.
de diffinitione iuriſdictionis conceſſæ,& illam habentibus.nu.10. f.27.
de facultate abſoluendi per iuriſdictionem cõceſſam nu.11. f.27.
de Pontifice Maximo ſi ad confeſsionem teneatur, nec nè. nu.12.f.28.
de diffinitione iuriſdictionis commiſſæ,& illam habétibus. n.13.f.28.
de dubio circa hanc diffinitionem inſurgente.num. 13. f.28.
de facultate abſoluendi per iuriſdictionem cõmiſſam num.14 f.29.
de diffinitione iuriſdictionis Gratioſæ. nu.15.f.29
de facultate iuriſdictionis Gratioſæ per Religioſos, &Curiatos. n.16.f.29
de his qui cõfeſsi sũt fratribus medicátibus, ſi ſemel in anno ſuis curatis cõfiteri teneãtur. nu.17.f.31.
de caſibus epiſcopo reſeruatis,tùm à iure, tum etiá de approbata conſuetudine. nu.18.f.31.

ſine dolore nu.11.f.36.
De diffinitione pœnitentiæ cum dolore. nu.12.f.37
De diffinitione pœnitentiæ virtutis. nu.13.f.37.
De diffinitione pœnitentiæ ſacramenti, nu 14.f.37
De tempore, quo incœpit pœnitentiæ virtus. num. 15. f.38.
De tempore, quo incœpit pœnitentiæ ſacramentũ. numero 16. fol. 38.
De Materia ſacramenti pœnitentiæ. nu, 17. f. 39.

INDEX SECVNDI CAPITVLI.

Secundum Capitulũ decē, & ſeptem quæſita continet.

De nomine pœnitētiæ, ſeu peniterε. num. 1. f.33.
De multiplici ſignificato ipſius pœnitentiæ. num. 2. f.33
De diuiſione, ſeu multiplicitate pœnitentiæ. nu. 2. f.34.
De diffinitione pœnitentiæ malæ. nu.4.f.34
De diffinitione pœnitentiæ bonæ. nu.5.f.34
De diffinitione pœnitentiæ interioris. nu.6.f.35.
De diffinitione pœnitentiæ exterioris. nu.7.f.35.
De diffintione pœnitentiæ ante Baptiſmũ. nu. 8.f.36.
De diffinitione pœnitentiæ peccatorum mortalium. nu.9. f.36.
De diffinitione pœnitentiæ peccatorum venialium. nu. 10. f.36
De diffinitione pœnitentiæ

INDEX TERTII CAPITVLI.

Tertium Caput continet quatuordecim quæſita.

De nomine Contritionis, & Attritionis. nu. 1. f.39.
De diffinitione contritionis, num. 2. f.40.
De numero contritionis. n. 3. fol. 41.
De differentia inter attritũ & contritum. nu.4.f.41.
De differētia inter attritionē, & cōtritionē, n. 5. f.42
De modo, quo Attritio fiat con-

contritio. nu.6.f.42.
De Materia contritionis nu mero 7. f.43.
Notandum de repetitione contritionis nu.8.f.44.
De modo neceſſario contritionis nu.9.fol.44.
De tempore, quo homo tenetur conteri de neceſſitate nu.10.fol.45.
De multis caſibus in quibus tenetur homo conteri vt mortale vitet. nu.11 fol.46.
De cauſantibus contritioné num.12. f.47.
De effectibus contritionis num.13. fol.47.
Notandum de intenſione contritionis, nu.14.f.48

INDEX QVARTI CAPITVLI.

Quartum Caput continet vnu. & viginti quæſita.

DE diuiſione confeſſionis, ſeu de eius multiplicitate. nu.1.f.48.
de cõfeſſione laudis.nu.2.f.49
De confeſſione fraudis mẽtalis. nu.3.fol.49.
De confeſſione vocali generali nu.4.fol.49.
De confeſſione vocali ſpeciali n.5.f.49
De confeſſione ſacramentali cum multiplici diffinitione num.6. fol.50.
De inſtitutione ſacramentalis confeſſio. nu.7.f.51.
de locis vbi fundatũ ſacramẽtalis cõfeſſio.nu.8. f.51.
De eius conditionibus cum 17. quæſitis & declarationibus omnium conditionum in ſpeciali, num. 9. vſq; ad nu.27.f.52.
De eius circunſtantijs, & earum declaratione, nũ. 35. vſq; ad 39. f.59.
De circũſtantijs neceſſario confitendis. nu.35.f.59
De circunſtantia impertinente quid ſit.nu.39.f.60.
De impertinentibus, ſi ſint neceſſario confitendæ. n. 40. f.60.
De circunſtantia alleuiante quid ſit. nu.41.f.61.
De alleuiantibus ſi ſint neceſſario confitendæ. nu. 42. fol.61.
De circunſtantia agrauante quid ſit.nu.41. f.62.
De agrauantibus ſi ſint neceſſario cõfitẽde.n.42.f.62

De agrauare finitè, vel infinitè. num. 43. f. 63.
De tempore, quo homo tenetur cõfiteri, nu. 46. f. 64.
Notandum de caſibus, in quibus pluries quàm ſemel in anno quis tenetur confiteri. nu. 46. f. 64
De aliquibus ſpecialibus pſonis, qui ſpecialibus præceptis ad confeſſionem tenentur. nu. 47. f. 64.

INDEX

QVINTI CAPITVLI.

Quintum Caput continet triginta, & ſex quæſita.

De Materia confeſſionis. nu. 1. f. 66.
De non habente mortale, ſi venialia cõfiteri tenetur. num. 2. f. 67.
De vtilitate confeſſionis venialium. nu. 3. f. 69.
De ætate, qua homo ad confeſſionem obligatur. nu. 4. f. 69.
De anno diſcretionis. num. 5. f. 69.
De diffinitione peccati. nu. 7. f. 70.
Ne eius diffinitione data per cauſam materialem. nu. 7. f. 70.
De ei⁹ diffinitione data per cauſã efficientẽ. n. 9. f. 71.
De ei⁹ diffinitione data per cauſã formalẽ. nu. 8. f. 70.
De ei⁹ diffinitione data per cauſam finalẽ. nu. 10. f. 71.
Notandum de reatu pœnæ quomodo conſequatur mortale. nu. 11. f. 71.
Notãdum quomodo poteſt manere reatus pœnæ æternæ. nu. 12. f. 72.
de diuiſione peccati, ſeu ei⁹ multiplicitate. nu. 13. f. 72.
de diuiſione data ſecundum cauſam materialem. nu. 14. f. 72.
De diuiſione data per cauſã efficientem. nu. 15. f. 72.
De diuiſione data per cauſã formalem. nu. 16. f. 73.
De diuiſione data per cauſam finalẽ. n. 17. f. 73.
De ſummario diuiſionum. nu. 18. f. 7.
De differentia inter mortale, & veniale. nu 19. f. 74.
De decẽ regulis quibus dignoſcitur mortale. num. 20. f. 75.
de veniali. ſi poſſit effici mor-

mortale. nu.21.f.81.
de nomine mortalis, & venialis peccati. n.22.f.82.
de forma abſolutionis, nu. 3. f.82.
de quodam dubio circa for mam. n.24.f.82
de neceſſitate illius dictionis ego. n.25.f.83.
de dimittente ly ego ſi peccet. nu.26 f.83.
de neceſsitate ſeu congruitate verborum, quibus communiter abſoluitur. nu.27. f.83.
Notandum de fructu,& vtilitate verborũ, puta Paſſio Domini noſtri,&c. n. 28. f.84.
de forma ſacramẽtali facta ſub alijs verbis quàm ego te abſoluo.n.29.f.84.
de valore iſtarum formarũ, nẽpè abſoluo vos. Et nos abſoluimus te, &c.num. 30. f.85.
de abſolutione facta ſub cõditione. n.31.f.85.
de aliquibus caſibus in quibꝰ licitè põt abſolutio ferri ſub cõditione.n 32.f.86
de intelligẽtia verborũ ego te abſoluo. n.33.f.87.
de miniſtro confeſsionis. n. 34. f.87.
de neceſsitate, ſeu cõgruentia impoſitionis manuũ ſuper caput pœnitentis. nu.35. f.88.
de effectu huius ſacramenti.nu.36. f.88.

INDEX SEXTI CAPITVLI.

Sextum Caput continet quinque quæſita.

DE modo,& ordine examinandi pœnitentem num.1. f.89.
de his;quæ poſſent beneficium abſolutionis impedire. n.2.f.90.
de caſibus,in quibus eſt iteranda cõfeſsio. nu.3.f.91.
de caſibus in quibus pluries quàm ſemel in anno homo confiteri tenetur num.6. f.97.
duo pulchra notanda circa quartum,& quintum caſum. n.7.f.95.

INDEX SEPTIMI CAPITVLI.

Septimum Caput continet octo quæſita.

De diffinitione ſacramẽtalis ſatisfactionis. numero 1. fol. 99.
De Partibus dictæ ſatisfactionis. num. 2. f. 100
De imponenda pœnitentia, ſeu ſatisfactione. numero 2. f. 100.
De caſibus in quib. poteſt licitè cõmitti ſatisfactio. numero 3. f. 100
De quantitate, & qualitate pœnitentiæ iniungendæ. numero 4. fol. 101.
Notandum circa quæ pœnitentia debet eſſe proportionata. nu. 5. f. 101
De ordine imponendæ pœnitentiæ. n. 6. f. 102.
De differentia inter pœnitentiam ſacramentalem, & voluntariam. num. 7. fol. 103.

INDEX OCTAVI CAPITVLI.

Octauum Caput continet nouem & viginta quæſita.

De diffinitione Voti cũ nouem quæſitis circa declarationem particularum eiuſdem. nu. 1. f. 104.
De diuiſione voti num. 10. f. 107.
De voto ſolemni, nu. 11. fol. 107.
De voto ſimplici. num. 11. fol. 107.
De materia voti incluſiua numero 12. fol. 108.
De materia eiuſdem excluſiuà num. 13. f. 108.
De caſibus in quibus quis vouẽdo peccat lætaliter. numero 14. fol. 109.
De caſibus, in quibus quis vouendo licitum, peccat mortaliter. nu. 15. f. 111.
De vinculo ipſius voti. numero 16. f. 112
De his, quæ excuſant vouẽtem ab obſeruantia voti. numero 17. fol. 11[illegible]

De his

De his, quæ excuſant vouentem ab obſeruantia voti. numero 17. fol. 112.
Notandum. nu. 17. fol. 113.
De diffinitione irritationis voti. nu. 12. f. 114
De his, qui habent facultatem ad irritandum vota. nu. 13. f. 114.
de differentia prædictorū. num. 14. f. 114.
Notandum circa religioſorum vota. nu. 15. f. 115.
de votis irritatis ſi teneam irritante de nouo conſentiente. num. 16. f. 116
de diffinitione diſpenſationis voti. nu. 17. f. 117.
de his, qui habent facultatē ad diſpenſandum. nu. 18. fol. 117.
de differentia inter præfatos diſpenſantes. num. 19. fol. 117.
de votis ſoli Pontifici reſeruatis. nu. 20. fol. 118.
duo notanda. num. 21. 22. fol. 118.
de iuſtis cauſis diſpenſandi circa vota. nu. 23. f. 119.
de diſpenſante ſine rationabili cauſa ac etiam diſpenſato. num. 24. fol. 130
de diffinitione cōmutationis voti. nu. 25. f. 120
de his, qui habent facultatē ad irritandum. num. 26. fol. 120.
duo notanda. nu. 27. f. 121.
de modo, quo ſunt commutanda vota. nu. 28. f. 122
de his, quæ debet conſiderare confeſſor in votis cōmutandis. nu. 29. f. 122.
de duplici differentia inter irrit. diſpen. & commutationem. nu. 30. f. 123.

INDEX

NONI CAPITVLI.

Nonū Caput continet quadraginta quæſita.

De diffinitione Reſtitutionis. nu. 1. fol. 124.
de caſibus circa reſtitutionem à confeſſoribus habendis. num. 2. fol. 125.
de eo, qui tenetur ad reſtitutionem ex parte iniuſtæ acceptionis quis. nu. 3. fol. 136.
de modis, in quibus cauſatur iniuſta acceptio, & de generibus perſonarum. num. 4. fol. 126.

de mo-

De modo, quo prædicti teneantur ad reſtitutionẽ. num.5. f.128.
de eo, qui tenetur ad reſtitutionem ex parte rei acceptæ. n.6.f.128.
de modis, quibus poteſt haberi res aliena. n.7.f.129.
de his, qui compræhenduntur ſub nomine rei alienæ. nu.8.f.129.
de eo quod eſt reſtituendũ quid. n.8.f.129.
de quantitate reſtitutionis. Quantum. n.9.f.129.
de illo, cui eſt reſtituendũ. Cui. nu 10.f.130.
de his, qui compræhenduntur appellatione domini. nu.11. f.130.
de caſibus, in quib. reſtitutio põt. fieri alijs quàm domino rei. n.12.f.131.
de eo, cui eſt faciẽda, quãdo dominus eſt furioſus. nu. 13. f.131.
de eo, cui eſt facienda, quãdo dominus eſt decoctor nu 14. f.132.
de eo, cui eſt facienda, quando dominus habet curatorem. nu.15.f.132.
de eo, cui eſt facienda, quãdo prælatus eſt dilapidator. n.16.f.132.
de eo, cui eſt facienda, quãdo dominus eſt notus. n.17. f.132.
de eo, cui eſt facienda, quãdo dominus eſt ignotus. n.18. f.132.
de his, qui compræhenduntur nomine pauperis. nu. 19. f.133.
de eo, cui eſt facienda reſtitutio quãdo dominus eſt abſens. n.20.f.133.
de expẽſis faciẽdis in re domino mittẽda. n.21.f.133
de re miſſa ſi pereat, cui perit. nu.22.f.135.
de eo, cui eſt facienda, quãdo dominus eſt mortuus num.23. f.136.
de eo, cui eſt facienda reſtitutio ratione iniuſtæ acceptionis. nu.24.f.136.
de loco, vbi eſt facienda reſtitutio. nu.25.f.137.
de tẽpore, quo teneẽ quis ad reſtitutionẽ. n.26.f.138
de caſibus excuſantib. à reſtitutione ſtatim facienda. nu.27. f.138.
de caſibus, in quibus reperitur impotentia cum ſuo notando. n.28. f.139.
de modo reſtituendi. Quomo-

modo. nu.31.f.141.
de modo reſtituendi in bonis animæ. n.31.f.142.
de modo reſtituendi bona famæ. nu.32.f.143.
de modo reſtituendi bona certa. nu.34.f.144
Notandum de modo reſtituēdi apud populares, & doctos. nu.33.f.144.
de modo reſtituendi bona incerta. nu.36.f.145.
de modo reſtituendi bona occulta. nu.37.f.145
de modo reſtituendi bona priuilegiata. nu.38.f.145
de ordine, quo eſt facienda reſtitutio. Quo ordine. nu.39. f.146.
de ordine ſeruando ab vſurario in reſtitutione facienda. nu.40.f.147.

INDEX

DECIMI CAPITVLI.

Decimum Caput continet quadraginta, & octo quæſita.

DE diffinitione matrimonij quātū ad quid nominis. nu.1.f.148.
de cauſa quare potius dicitur matrimonium, quàm patrimonium.nu.2 f.148.
de eius diffinitione quantū ad quid rei, cum tribus quæſitis circa eius particulas. nu.3.f.149.
de ſolubilitate matrimonij. nu.4. f.151.
de modis, quibus matrimoniū poteſt ſolui in totū, ideſt, quo ad vinculum. num.5. f.151.
de modis, quibus diſſoluitur quò ad thorum, & cohabitationem ſimul. nu. 6. f.152.
de modis, quibus diuiditur quò ad thorum tantùm. num.8. f.153.
Notandum de caſibus, in quibus coniux à coniuge non poteſt diſcedere.nu. 7. f.153.
de materia matrimonij nu. 9. f.153.
de eius forma. nu.10. f.154.
de verbis, quibus exprimitur conſenſus.n.11.f.154.
de tempore quo fuit inſtitutum. nu.12.f.159.
de cauſa eius inſtitutionis. nu 13. f.155.
de illis, qui poſſunt, vel ne-

nequeunt contrahere, cũ quæſito declaratio, numero 14. fol.156.
de impedimentis matrimonij in genere. nu.15. fol. 157.
Notandum de impedimentis dirimentibus. num.16 fol.157.
de impedimentis dirimentibus in ſpecie. nu,17. fol. 158.
de primo impedimento nẽpè de errore, num.18. fol. 158.
de ſecundo, nempè de conditione, nu.19. fol.159.
de tertio, nempè de voto, num.20. fol.159
de quarto, nempè de cognatione. nu.21. fol.160.
de cognatione naturali quò ad quid ſit, nu.22. fol.160.
de gradibus, in quibus iſta cognatio tollit matrimonium. num.23. fol.161.
de cognatione ſpirituali quid ad quid ſit, nu.24. fol.161.
de gradibus eius, in quibus caſſat matrimonium, nu. 25. f.161.
de cognatione legali quò ad quid ſit, nu.26.f.162.
de gradibus eius, in quibus dirimit matrimonium, num.27. fol.162
de quinto impedimento, nẽpè de crimine, quò ad quid ſit. num.28. fol.163.
de caſibus, in quibus incurritur crimẽ homicidij cũ ſuo quæſito. nu.29. f.165.
de caſibus in quibus incurritur crimen adulterij cũ ſuo quæſito. nu.30. f.164.
de caſu, in quo incurritur crimen Raptus, num.30. f.165.
de ſexto impedimento, nempè de diſpari cultu, num. 32. fol.165.
de ſeptimo impedimento, nempè de violencia ſiue metu, nu.33. fol.166.
de octauo, ſcilicet de ordine, nu.34. f.167.
de nono, ſcilicet de ligamine, num.35. fol 167.
del decimo, ſcilicet de honeſtate quò ad quid ſit. numero 36. f.167.
de eadem quò ad quomodo impediat, nu.37.f.168.
de gradibus in quibus vetatur contrahi. nu.38. f.168.
de vndecimo, nempè de affinitate quò ad quid ſit. numero

mero, 39. f.168.
de gradibus eiuſdem vetantibus matrimonium, nu. 40. f.169.
de duodecimo, nempè de impotētia coheundi quò ad quid ſit, num.41. fol. 170.
de impotentia, quæ impediat, & dirimat, num.42. fol.170.
de numero impedimentorum non dirimentium, num.42. fol.171
de tempore, quo nuptiæ inter dicuntur, num.45. fol.172.
de eo, qui poteſt in matrimonijs diſpenſare, num. 44. fol.173.
de Papa quare non ſemper diſpenſat, numer.45.fol. 174
duo notanda, num. 46. fol. 174
de iuſtis cauſis pro matrimonijs diſpenſandis, nu. 47. fol.174.

INDEX

VNDECIMI CAPITVL.

Vndecimum Caput continet quinquaginta, & duo quæſita.

DE numero Cenſurarū num.1. fol.175.
de diffinitione cenſuræ, numero 2. f.175.
de diffinitione excommunicationis in communi, num. 3. fol.176.
de numero excommunicationum, num.4. f.176
de diffinitione excōmunicationis maioris, num. 5. fol.176.
de diffinitione excommunicationis minoris, nu. 6. f. 176.
de numero excommunicationis maioris, nu.7. fol. 176.
de excommunicatione lata à iure. nu.8.fol.176.
de excommunicatione lata ab homine, numero 9. fol.177.
de differentia excommunicationis à iure, & ab homine

mine. nu.10.f.177
de modo cognoſcendi quádo excommunicatio eſt latæ ſententiæ, & quando eſt comminata.num. 10. f.177.
de materia excommunicationis maioris. num. 11. fol.178.
de eius forma. num. 12. f. 178.
de modo cognoſcendi, quádo ligat, & quando ſecus. num.13. f.178.
de valente excommunicare. nu.14.f.178.
de non valentibus excommunicare. nu.15.f.179.
de illis, qui poſſunt excommunicari. nu.16. f.180.
de illis, qui nequeunt excómunicari. nu.17.f. 180.
de caſibus in quibus incurritur excómuuicatio maior. nu.18.f.181
de eo, qui poteſt abſoluere ab excommunicatione à iure nulli reſeruata.num. 19. f.181
de eo, qui poteſt abſoluere ab excommunicatione lata ab homine.num.20. f.182.
de caſibus, in quibus nó poteſt quis abſolui, ab excomunicatione lata, ab homine, qui eam tulit. num.21. f.182.
de cauſis, quibus poteſt ferri excommunicatio. nu. 22. f.183.
de miniſtro valente abſoluere ab excómunicatione minori. nu.23.f.183.
de caſibus, in quiſius incurritur excómunicatio minor. nu.24.f.184.
de caſibus in quibus nó incurritur. nu.25.f.184.
de ly. Vtile. num.26.fol. 185.
De ly. Lex. num.28. fol. 186.
De ly. Humile. num.27. f. 185.
De ly. Res ignorata. nu.29. f.186.
de ly. Neceſſe. nu.30.f.186.
de modo, quo peccator participat cum excómunicato maiori excommunicatione. nu. 31.f.187.
de caſibus, in quibus peccat mortaliter participando. num.32. f. 187.

CIR-

CIRCA SVSPENſionem.

DE diffinitione Suſpenſionis. n.34. f.188
de numero ſuſpenſionis. n. 35. f.188.
de materia ſuſpenſionis. nu. 36. f.189.
de eius Forma. nu.37. f.189.
de forma qua vtuntur periti. nu.38. f.189
de cauſa efficiente ſuſpenſionis. nu.39. f.189.
de eo, qui poteſt ſuſpendi. nu.40. f.190.
de eo, qui poteſt abſoluere ſuſpenſione, num.41. fol. 190.
de caſibus, in quibus incurritur ſuſpenſio. num.42. fol.190.

CIRCA INTERdictum.

DE diffinitione Interdicti. nu.43. f.190.
de diuiſione, ſeu numero interdicti. nu.44. f.191.
de numero, & diffinitione interdicti localis tantum. num.45. f.191.
de numero, & diffinitione interdicti perſonalis tantum. num.46. f.191.
de diffinitione interdicti localis, & perſonalis ſimul. nu.47. f.191.
de materia interdicti. num. 48. f.192.
de forma interdicti. num. 48. f.192.
de cauſa efficiente interdicti. num 49. f.192.
de eo, qui poteſt ſubiacere interdicto. nu.49. f.193.
de eo, qui poteſt abſoluere ab interdicto. num. 49. fol. 193.

INDEX

DVODECIMI CAPITuli.

Duodecimum Capitulum continet quadraginta nouem quæſita.

DE diffinitione Irregularitatis cum ſua declaratione. nu.5. f.194.
De ſpeciebus irregularitatis. num.2. f.195.
De prima ſpecie irregularitatis.

tatis, num. 3. fol. 195.
de diffinitione Bigamiæ in communi, numero 4. fol. 195.
de multiplici Bigamia, nu. 5. fol. 196.
de diffinitione Bigamiæ veræ. num. 6. f. 196
de diffinitione Bigamiæ interpretatiuæ. numer. 7. fol. 196
de diffinitione Bigamiæ ſimilitudinariæ, num. 8. f. 196.
de eo, qui poteſt cum Bigamis diſpenſare, numero 9. fol. 197.
de ſecunda ſpecie irregularitatis, nu. 10. f. 197.
de quo corporis defectu hæc naſcitur irregularitas, nu. 11. f. 197.
de defectibus, qui reducuntur ad corporis defectus, & de valente in his diſpẽſare per octo quæſita. nu. 12. f. 198.
de tertia ſpecie irregularitatis. nu. 13. f. 199.
de his, qui ſunt irregulares huius ſpeciei, num. 14. fol. 199.
de eo, qui poteſt diſpenſare cum irregulari huius ſpeciei, num. 15. fol. 199
de defectu lepræ, num. 15. fol. 199.
de his, qui ſunt irregulares huius ſpeciei, numero 16. fol. 200.
de his, qui excuſantur ab hac irregularitate, & de eo, qui diſpenſat, numero 17. f. 200.
Notandum primum. num. 19. fol. 201.
Notandum, ſecundum, nu. 19. fol. 201.
de eo qui poteſt diſpenſare ſuper hanc ſpeciem irregularitatis. num. 19. fol. 201.
de tertia ſpecie irregularitatis, num. 20. f. 201.
defectus animæ quid, numero 21. fol. 202.
Qui diſpenſat in defectibus animæ. nu. 22. f. 202.
de quarta ſpecie irregularitatis, nu. 23. f. 202.
Qui ſunt irregulares huius ſpeciei nu. 24. f. 202.
Qui incurrunt prædictam irregularitatem. nu. 25. f. 203.
Qui excuſantur à prædicta irregularitate. nu. 26. fol. 204.

No-

Notandum primum num. 27.
Notandum secundum num. 28. f.206.
Qui dispensat in prædicto defectu. nu.29.f.206.
De quinta specie irregularitatis. nu.30.f.206.
de delicto homicidij quid p illud intelligitur. num. 31.f.207.
de triplici deformatione num.32. f.207.
de diffinitione deformationis voluntariæ. num. 33.
de diffinitione deformationis casualis. num.36 fol. 208.
de diffinitione deformationis mixtæ. num.37.f.208.
de omnibus prædictis, qui irregularitatem inducat. nu.38. fol.208.
de his, qui sunt irregulares huius speciei. num. 39. fol. 208.
de his qui eximũtur ab ista specie irregularitatis. nu. 40. fol. 210.
de multiplici homicidio. nu. 41. f.212.
de homicidio casuali. num. 42. f.213.
de homicidio voluntario n.42. f.213
de homicidio voluntario huius speciei dispensatio n. 43.
de eo, qui valet diſpenſare ſuper hanc irregularitatem. nu.44 f.214.
de ſecundo delicto male diſpenſandi, ſeu exercendi ordines. nu.45.f.214.
de his qui ſunt irregulares huius ſpeciei, & de eo qui cum iſtis diſpenſat per ſex quæſita. nu.46.f.214.
de eo qui diſpenſat cum prædictis irregularibus. nu. 47. f.215.
de tertio delicto violandi interdictum eccleſiaſticum. num.48. f.216.
de his qui ſunt irregulares huius ſpeciei. num. 49. f. 217.
de eo, qui cum iſtis diſpenſat. nu.50. f.217.
de quarto delicto iterandi Baptiſmum. num. 51. f.217
de eo qui eſt irregularis huius ſpeciei. n.52.f.217.
de eo, qui cum iſtis diſpenſat. nu. 53. f.217.
de quinto delicto criminis notorij. nu.54.f.218.
de eo, qui eſt irregularis hu

ius ſpeciei. nu. 55. f. 218.
de crimine depoſitione digno; nu. 56. f. 218.
De eo, qui cum irregulari huius ſpeciei diſpenſat. n. 57. f. 218.
De decem regulis quibus dignoſcuntur irregulares num. 58. f. 219.
duo notanda circa irregularitatem. nu. 59. f. 221.

FINIS TABVLÆ.

Decem Dei Præcepta, quæ in Decalogo continentur.

EGo ſũ Dominus Deus tuus, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis.

1 Nõ habebis Deos alienos coram me.

2 Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Non enim habebit in ſontem Dominus, eum qui aſſumpſerit nomen Domini ſui fruſtra.

3 Memento, vt diem ſabbathi ſanctifices.

4 Honora patrem tuum & matrem tuam.

5 Non occides.

Non mæchaberis.

7 Non furtum facies.

8 Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

9 Non concupiſces domum proximi tui.

10 Nec deſiderabis vxorem eius: non ſeruum: non ancillam, non bouem, non aſinam, nec omnia, quæ illius ſunt.

Septem Eccleſiæ Catholicæ Sacramenta.

Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia: Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium.

Virtutes Theologicæ.

Fides, Spes, & Charitas.

Virtutes Cardinales.

Prudentia, Temperantia, Iuſtitia, & Fortitudo.

Do-

Dona Spiritus ſancti.
Fortitudo, Scientia, Pietas, & Timor Domini.

Fructus Spiritus ſancti.
Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas Manſuetudo, Fides, Modeſtia, Continentia, & Caſtitas.

Præcepta Charitatis.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua.
Diliges proximum tuũ ſicut teipſum.

Præcepta Eccleſiæ.
Statutos ab Eccleſia feſtos dies ab operibus ſeruilibus abſtinendo celebrare.
Sacrum Miſſe officium diebus feſtis reuerenter audire.
Quadrageſima, Quatuor anni temporibus, & Vigilijs ſecundum morem Eccleſiæ ieiunare, & feria ſexta, & Sabbatho à carnibus abſtinere.
Peccata Sacerdoti approbato confiteri, & ſacroſanctam Euchariſtiam circa feſtũ Paſchæ ſumere, eamque ſaltem ſemel in anno.
Diebus ab Eccleſia interdictis, Nuptias non celebrare. Opera miſericordiæ Spiritualia.
Docere ignorantem.
Corrigere peccantem.
Conſilio iuuare indiligentem.
Conſolari afflictum.
Ferre patienter iniurias.
Remittere offenſam.
Orare pro viuis, & defunctis, & pro perſequentibus. Temporalia.
Paſcere eſurientem.
Potare ſitientem.
Colligere hoſpitem.
Operire nudum.
Viſitare infirmum, & in carcere detentum.
Redimere captiuum.
Sepellire mortuum.

Beatitudines.
Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.
Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.
Beati qui lugent: quoniã ipſi

ipſi conſolabuntur.
Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.
Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiã conſequentur.
Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.
Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.
Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Ad S. Animi locum ...

ẏ 2

A01 1457303

Digitized by Google

B